

In tres priores Aretaei Cappadocis libros commentarii / nunc primum editi.

Contributors

Petit, Pierre, 1617-1687.
Maittaire, Michael, 1667-1747.

Publication/Creation

Londini : Typis Gulielmi Bowyer, impensis Johannis Pellet, 1726.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/xyvg7h4p>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>




40370/C

L. 10092

543

5
F

RECEIVED
OF THE
LIBRARY OF THE
CONGRESS
WASHINGTON
D.C.



Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30412365>

PETRI PETITI
MEDICI PARISIENSIS
IN TRES PRIORES
Aretæi Cappadocis Libros
COMMENTARII,
Nunc primum Editi.



LONDINI,
Typis GULIELMI BOWYER,
Impensis JOHANNIS PELLET, ad insigne *Capitis St. Evremont*,
in Fœni Foro apud Westm.
M DCC XXVI.

DOCTISSIMO CHARISSIMOQUE VIRO
RICHARDO HALLE
MEDICINAE DOCTORI
COMMITTARII

M. Vincenti Primum. Editio.
303650

RETII medici precellentis in quem
sub tuo Viri prestantissimi nominis
partis et probet. Commendat
fatuus innotuit superstitium puto:
tam quod impotium in re manifeste
innotuit. Compendium tam quod
fatuus innotuit. Compendium
tam quod impotium in re manifeste
innotuit. Compendium tam quod
fatuus innotuit. Compendium
tam quod impotium in re manifeste
innotuit. Compendium tam quod
fatuus innotuit. Compendium
tam quod impotium in re manifeste
innotuit. Compendium tam quod
fatuus innotuit. Compendium

M.DCCXXVI.



DOCTISSIMO CLARISSIMOQUE VIRO

RICHARDO HALE

MEDICINÆ DOCTORI

S. P. D.

MICHAEL MAITTAIRE.

ARETÆI medici præcellentis, in quem sub tui, VIR SPECTATISSIME, nominis præsidio prodeunt hi Commentarii, laudibus immorari supervacaneum puto: tum quod importunum sit in re manifesta lectoris eruditi patientia abuti, tum quod hac ex parte studiosis omnibus diligentissimus authoris hujus Editor Oxoniensis haud ita pridem cumulate satisfecerit. Hæ Petri Petiti Animadversiones a doctis hætenus desideratæ, frustra que Parisiis quæsitæ, nunc tandem primum ex Grævianis, inter quas diu delituerant, schedis eruuntur: at

A 2

nescio

nescio quo fato iniquissimo accidit, ut ad nos integræ non pervenerint; & pars illarum posterior nondum potuerit reperiri.

Utcunque sit, summo & insperato gaudio fui delibutus, quod ullæ superstites ex literariis tanti viri laboribus reliquiæ e tenebris emerissent: nec usque adeo instare destiti, donec per prælum eorum exemplaria multiplicarentur. Animos mihi accendebat amor Aretæi, scriptoris ob ætatem suam venerandi, stylo politissimi, in quo perlegendo magna cum voluptate temporis aliquantum utiliter consumpseram; nec non recordatio soli natalis, mihi cum Petito communis, cujus licet desiderium Anglia hospitalis illa tellus ademerit, memoriam tamen nunquam possum penitus abjicere: meumque conterraneum majori beneficio & honore afficere me non posse credidi, quam ut mea quantulacunque opella apud Anglos renasceretur, gentem bonarum artium feracem, aliique nulli aut medicinæ peritia aut dignitate præmiisve inferiorem; sibi
nimirum

nimirum impense gratulaturus, quod ipsi contigerit ibi lucem revifere, ubi suus Aræus novo quodam oris habitu, qualique nunquam antea augustiore, indutus vitam postliminio receperat.

Da mihi, VIR HUMANISSIME, copiam, meum hunc popularem tibi, medicum medico, conciliandi: cujus familiaritate singularique doctrina, nullus dubito, quin admodum delecteris. Si quando, te subinde fessum reficiendi gratia, otii, quo non multum abundare te patitur quotidiana ægrorum tuam opem implorantium assiduitas & frequentia, pauxillulum his chartis impendere libuerit; quævis altera fere pagina tibi coram præsentibus sistet familiares tuos, Homerum, aut Hippocratem, Aristotelemve, cum permultis aliis, quos jactat ætas prisca & recentior in omni disciplinarum genere primarios; honestum sane sodalitium, teque celeberrimi utriusque Collegii, Philosophici Medicique, socio dignissimum.

Diu

Diu est, ex quo tibi multis modis devinctus te amico utor, qualem elegerit nemo potiozem: quippe in quo omnes maxime elucent dotes, raræ quidem, at viro bono & liberali pernecessariæ; probitas & fides intemerata; grata indoles; generosus animus ineptæ ostentationis & popularis auræ contemptor, esse scilicet malens quam videri; apertum pectus; certa & stabilis sine fuce sine clandestinis artibus amicitia.

Mihi te promptum studiis meis adjutorem fautoremque toties experto, atque percipienti aliquando occasionem dari, ubi tot benefactis gratias, quas agere meæ tenuitatis non est, saltem habere me publico aliquo pignore testarer; commodum sese obtulerunt hæ medicæ Petiti lucubrationes; tibi artique, quam egregia cum laude successuque prospero inter principes ingenui illius ordinis viros per longum jam temporis spatium exercuisti (& per longius, precor, exerceas) conveniens munusculum.

Nos

Nos omnes pietas hortatur, ut orbis subveniamus ; tuumque est officium, qui cum orphanotrophii curatoribus adnumeraris, orphanis consulere. Age nunc ; tuo, cui nunquam defuisti, officio fungere : opus hoc Petiti posthumum suscipe ; prolem hanc parente orbam, quam tuo commendo patrocínio, tuere ; nec permitte, ut per meam rei medicæ ignorantiam ulla in Petiti manes culpa transferatur.

Quod ad me attinet, quamvis forte videar in temeritatis reprehensionem incurrisse, qui rei a consueta meorum studiorum ratione alienæ voluerim manus admovere ; spero me nihilominus ab æquis & benevolis iudicibus, si gratiam nullam, at aliquam tamen veniam consecuturum, qui, fragmentum hoc literarium ne intercideret, curam adhibuerim. Te interim, VIR AMICISSIME, tuique similibus fretus, non erit, cur ab iniquorum censura mihi multum periculi metuam.

Vale ;

Vale ; & me meosque conatus vultu, quo
soles amicos, excipe. Det Summus ille no-
strum omnium Medicus DEUS OPT. MAX.
ut tua, quam in usus alienos tam feliciter
prodigis, diutissime perennet valetudo.

Kalendis Octobribus cío dcc xxvi.



D E

D E

PETRI PETITI

VITA & SCRIPTIS.

PETRUS PETITUS Parisiensis ^a anno 1616 natus est, patre ^b non literato quidem, at probo, pio sagacique, qui usque ad octuagesimum quintum, quo decessit, annum mente constitit. Petrus humanitatis studiis ab adolescentiâ feliciter excultus inter suos coætaneos & populares citò inclaruit, multis suæ indolis ingeniique speciminibus editis: nullamque ferè non attigit bonarum literarum partem.

In veterum Græcorum Latinorumque authorum lectione familiariter versatum produnt Miscellanearum Observationum libri quatuor anno 1682 emissi. Ex assiduâ illâ cum antiquis scriptoribus consuetudine consecutus est, ut ^c inter illos, qui Romanam elegantiam eruditioni conjunxerant, numeraretur; & ^d sermone minùs vernaculo, quàm Romano polleret.

Poëtices extitit adeò studiosus, ut in Parisinâ poetarum Latinorum ^e Pleiade locum habuerit: quo loco ipsum non indignum fuisse, & in eâ arte non mediocres fecisse progres-

^a Vide postea, quo anno obierit.

^b Comment. in Aret. p. 83. l. 13.

^c Menagian. Vol. 1. p. 165.

^d Ibid. p. 265.

^e Baillet. tom. 5. p. 390.

sus probaverunt ^f Poemata anno 1683 excusa; quibus præfixit Dissertationem de furore poëtico, ab ipso in suis ad Aretæum ^g Commentariis memoratam. Ejus ^h liber, qui *De Lachrymis* citatur, mihi nondum innotuit.

In Philosophiam quò meliùs se insinuaret, ⁱ omnes Platonis & Aristotelis libros cum eorum interpretibus perlegit; quin & suam in iisdem exercuit criticen: ^k multasque in Platonis Plutarchique opera notas & emendationes scripsisse fertur; & Aristotelicarum ^l, quæ ad philosophiam attinent, vocum Lexicon composuisse. ^m Scaligeri exercitationibus de subtilitate ad Cardanum scriptis delectatus admodum perhibetur. ⁿ Uxorem duxit, minimè ratus homini literato & philosopho matrimonium non convenire.

De Medicinâ, in quâ Doctoris ^o gradu honestatus est, quàm æquè ac de Philosophiâ meruerit, ostendunt libri duo, quorum ipse meminit; ^p alter *De problematibus medicis*, ^q alter *De motu animalium spontaneo*, nondum, quod sciam, luce publicâ donati: item præsertim hæ, quæ nunc prodeunt, in Aretæum *Lucubrationes*.

Medicinæ tamen, ingenuæ illi utilique scientiæ, non ita

^f Id. tom. 2. p. 499. & tom. 3, p. 316. . . . ^g P. 86. l. 9.

^h Menagian. Vol. 4. p. 3. *Pierre Petit appelloit Seneque, le maitre des sentences. Seneca, dit il, verus (ut quidem arbitror) magister sententiarum. C'est dans son livre de lachrymis, pag. 139.* ⁱ Menagian. Vol. 1. p. 222. ^k Bâillet. tom.

2. p. 499. ^l Menag. not. in Laert. edit. Amstelod. p. 160. col. 2.

^m Menagian. Vol. 1. p. 144. ⁿ Ibid. Vol. 1. p. 28. ^o In titulo Miscellan. observ. appellatur Philosophus & Doctor Medicus. ^p Comment. in Aret. p. 68.

l. 23. ^q Ibid. p. 94. l. 4.

unicè se tradidisse, ut philologiæ culturam omnino missam faceret, ex ipsius ^r verbis comperio.

Inter complures, quorum amicitiam sua Petito singularis doctrina conciliavit & communis studiorum ratio, Menagium potissimum fuisse ut credam, suadet honorifica & frequens, in Menagianis, & Menagii in Laërtium notis, Petiti mentio. Hunc Menagius ^r medico-philosophi, & viri ^s λατρευτώταῃ titulis ornat; passim ^r laudat ejus poëmata: tantàmque de ejus eruditione opinionem conceperat, ^v ut Lamonio primi

^r Præfat. in Miscellan. Observ. p. 3. l. 17. *Nec porrò medici professionem putem abhorrere ab his criticis, cui injuriam faciunt, qui ejus pomæria ad clinices angustias & sordes contrabunt. Non me latet, quàm suaviter medicorum atque aliorum hominum naribus oleat lucrum; non tamen, quæ mea est simplicitas, adduci unquam potui, ut me earum opum, quantas laboriosis hominibus medicina promittit, auctoamento ullo paterer ab aliis nobilioribus studiis, magisq; meo genio accommodatis abstrahi: tametsi nullus est ejus disciplinæ angulus, in quem non me penetraverim; nulla nobilis quæstio, quam non luculenter me, si opus sit, explicare posse confidam. Verùm hæc ad mentis potiùs felicitatem, meæque ac meorum valetudinis custodiam, quàm rei domesticæ subsidium & mercenariam operam referenda esse decrevi.*

^r Menagian. Vol. 1. p. 355. ^s Laert. edit. Lond. not. Menag. p. 5. E. & p. 122. C. ^v Menagian. Vol. 1. p. 360. & p. 330. Unde versus Monetæ viri clarissimi de Menagio & Petito lepidiſſimos exſcribere non pigebit.

*Quòd Menagius ille, Varro noster,
Et sæcli decus alterum Petitus,
Suorum mihi, quos requirit orbis,
Parant mittere carminum libellos,
Non parum videor mihi beatus.
Videntur mihi sed beatiores,
Et Menagius ille, Varro noster,
Et sæcli decus alterum Petitus;
Per quos sic videor mihi beatus.*

^v Ibid. p. 51.

præsidis dignitatem consecuto eum commendaverit, bibliothecarii, quem sibi quærebat, munere fungi dignissimum.

^x Menagius, cùm intelligeret novam Laërtii editionem apud Batavos adornari, notisque hanc locupletare auctioribus rogatus biographi illius libros aliquot recognoscendos traderet nonnullis suorum amicorum selectis, quos huic operi pares noverat, non prætermisit Petitum; cujus ^y epistola ad
Mena-

^x Ibid. p. 24. ^y Id. Vol. 2. p. 366. *P. Petitus Ægid. Menagio suo S. D. Loci Laërtiani de obitu Diogenis agnosco tecum vitium; sed nego esse immedicabile. Quid de hoc sentirem, hesternâ die aperui, quæ mihi tunc fuit subitaria conjectura. Nunc pensitatâ re diligentius, nec video tamen, cur ab illâ opinione discedere debeam. Quam, cùm animum adverteris, & tibi quoque probatum iri non dubito. Sed ipsum*

* Edit. Londin. p. 156. F.

*locum integrum adscribere operæ pretium est. Sic ergo ibi * Laertius; ἐνιοι δὲ φασι τελευτῶντα αὐτὸν, καὶ ἐντείλασθαι ἄταφον εἶναι, ὡς πᾶν θνητὸν αὐτὸς μετὰ χρόνῳ ἢ εἰς γε βόθρον σωῶσαι, καὶ ὀλίγην κόνιν ἐπαμῆσαι· οἱ δὲ, εἰς τὸ Ἐλισσὸν ἐμβάλειν, ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς χεῖσι μὲν ᾄρηται. In iis verbis illud ἀνακόλως ἀβυσρῶν quæ cadaver projici in fluvium jubetur, ut eo canes fruantur. Fratres enim canes vocat Cynicus, quia & canes Cynici dicebantur. Vitiosa igitur, ut dixi, lectio. Hanc verò arbitrar*

† Edit. Hanov. 1613. p. 106. l. 50. At verò mihi scrupulus adhuc restat, nam vox Græca ibi apud Pausaniam est Ἐλισσών, uti & p. 504. l. 12. Ἐλισσών (cum spiritu aspero) & ibid. l. 10. τὸ Ἐλισσῶν & Strabo (edit. Casaubon.) lib. 8. p. 338. Α. ἐν μεθυσίῳ τὸ τε Κυλλήνης καὶ Ἠλίδος καὶ τὸ Πισατῶν — ὁ Ἐλισσών ἢ Ἐλισσα εἶναι ποταμός. Qui sanè præterea locus distat longè à Corintho, ubi Diogenes obiit. Menagius verò in suis ad hunc Laërtii locum notis mavult & in Laërtio & in Æliano legere εἰς τὸ Ἴλισσον, i. e. in locum paludosum. Suid. Ἴλισσος, ὁ κάθυδρος καὶ σωῶν δρος τίπος.

restitui posse, si luxata quædam verba in suam sedem reponerentur, ut talis fiat contextus; ἢ εἰς γε βόθρον σωῶσαι, καὶ ὀλίγη κόνιν ἐπαμῆσαι, ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς χεῖσι μὲν ᾄρηται· οἱ δὲ, εἰς τὸ Ἐλισσὸν ἐμβάλειν. Tute omnia jam plana fatearis oportet. Variæ hæc opinioniones super ultimâ Diogenis voluntate traduntur. Alii mandasse ipsum dicunt, ut cadaver suum abjiceretur insepultum, quòd feræ omnes eo fruerentur; aut in foveam deponeretur, modico pulvere injeçto, ut esset fratribus, nempe canibus, utilis: alii verò, ut in Elissum præcipitaretur. Non video, quid habeat hæc lectio difficultatis, nisi si quis Elissum confundat cum Ilisso amne Atticæ, in quem errorem non incidet, qui legerit apud † Pausaniam Elissum inter fluvios Corinthiaci.

Menagium, anno 1658 data, ipsum in Laërtio emaculando operam posuisse haud infructuosam confirmat.

Ea demum fuit inter Menagium Petítumque conjunctio animorum & amicitiae necessitudo, ut ^z hic sub illius nomine suas ad Aretæum observationes pro suâ summâ humanitate evulgare decreverit. Magno sanè literarum damno evenit, quòd has observationes non integras eruditis nunc offerre liceat; majore multò, quòd harum author doctissimus tam pretiosum sui ingenii & laboris fœtum nec ipse in lucem ediderit, neque ulli amicorum edendum ante suam, quam † anno 1687. 13. Decemb. 71. vitæ obiit, mortem commiserit.

*thiaci territorii. Proinde Ἰλιοςὸν in Græcis ** Æliani codicibus perperam pro Ἐλιοςῶ scriptum non dubito; ubi de ejusdem Diogenis obitu mentio fit. Vale,*

** Ælian. Var. Histor. lib. 8. cap. 14.

vir clarissime, & me tibi devotissimum amare perge. Ex museo, die 12 Junii, ann. 1658.

^z Laert. not. Menag. p. 148. C. *Affectum ventriculi peracutum, cum bilis vel excernitur vel vomitur, χολέεον nominârunt primi è Cnido medici, teste Galeno *, lib. 2. μεθόδα θεεργω-*

* Tom. 4. f. 25. b. l. 27.

τικῆς; quâ de re Petrus Petitus medicus Parisiensis, in suis ad Aretæum observationibus, quæ brevè prodibunt, & quas in nomine meo, quæ ejus est humanitas, apparere voluit. Hoc scribebat Menagius anno 1663. Lege & Menagian. Vol. 1. p. 137. † Not. in Baillet. tom. 5. p. 390.



(211)

P E T R I T I I

TE, Lector, antequam ad Peiti in suas observationes
praefationem dimittam, monitum velim, Petitem editione
Aretæi Turnebianâ in suis commentariis usum fuisse; numeros
autem paginarum & linearum indices editioni huic appositos
Oxonienſi, eruditissimi Johannis Wigan operâ & Johannis
Friend, M.D. omni humaniorum literarum genere, suæque,
quam ornat, artis peritiâ instructissimi auspiciis procuratæ, ac-
commodari.

P E T R I P E T I T I

Doct̄oris Medici Parisiensis

P R Æ F A T I O.

PRIUSQUAM ad Auct̄oris enarrationem aggredior, nonnulla de ipso, atque ejus instituto præfanda sunt; ut omnibus ferme, qui ejusmodi literas tractant, in consuetudine esse video. Horum librorum auct̄orem esse Aretæum Cappadocem, ut titulus indicat, non quisquam, quod sciam, dubitavit. Quo autem tempore vixerit, lis est inter eruditos. Alii antiquissimum prædicant, & longè Galeno superiorem: ita Mercurialis lib. 3. var. Lectionum; Talentonius in Thesauro; Fœsius notis ad lib. Hipp. *πρὸ σοφῆς*, ubi Aretæum gravissimum & vetustissimum auct̄orem appellat. Sed & * Goupylus, qui primus hunc luce donavit, de eo in hunc modum præfatur in Epistolâ operis nuncupatoriâ; *ἄνδρα σοφόν τε ἢ παλαιὸν πρὸς τὰ ἰατρικὰ ποιεῖσι χαλεπόμηναι, Ἱπποκράτης μὲν ὕστερον γεγονότα, Γαληνὸν δὲ πρότερον.* Cujus sententiæ facilè acquiesco; nisi quòd contentus hunc Hippocrate inferiorem dixisse, non quicquam præterea allaborat, quo ætatem ejus magis exactè noscamus. Ego verò videor reperisse conjecturas, vel potiùs certa argumenta, quibus hunc Neronis temporibus superiorem non fuisse convincam. Non semel in libris Therapeuticis Theriacam præscribit illam, quæ carnes viperarum recipit, & *φάρμακον διὰ τῶν ἔχιδνῶν τῶν ἑρπετῶν* dicitur lib. 2. Therap. *χεονίων* cap. 5. Item *φάρμακον διὰ τῶν θηρίων*, eodem lib. capite sequenti. At primum Andro-

* Goupyli epistola integra indici inferetur.

machum Mithridatis antidoto, seu Damocratis, ut Amatus Lusitanus centur. 7. curat. 87. magis probat, cœpisse admiscere carnes viperinas, ex Galeno discimus lib. de antidotis; quod & Jo. Gorræus in definitionibus medicis observavit in voce θηριακῆ; *Nec tamen adeò vetus est (inquit) inventio, sed Neronis ferè temporibus. Tunc autem medicis consultantibus inter se, quomodo hæc antidotus maximè præsentanea evaderet, primus excogitavit vyperas addere.* Cùm ergo Aretæus hujus Theriacæ Andromacheæ mentionem faciat, certò inde cognoscitur, fuisse hunc Andromacho inferiorem aut supparem; alioqui id medicamentum nominare non potuisset. Præterea Cœlius Aurelianus in præfat. lib. i. χρονίων, neminem ante Themisonem scripsisse ex professo remedia tardarum valetudinum testatur; *scribentium igitur medicinam, nullus ante Themisonem tardarum passionum curationes principaliter ordinavit.* Rectè ille quidem de curationibus significat id; alioqui editos ab Archigene, qui Themisonis præceptor fuit, libros τῶν χειρῶν παθογνωμονικῶν ex Galeno discimus, lib. 3. de loc. affect. cap. 3. Cùm igitur id in his libris negotii susceptum ab Aretæo perfectumque videamus, consequens est auctoris Themisone recentioris esse hos libros χειρῶν παθῶν, quos Aretæi nomine reliquos versamus. Vixisse autem Themisonem illum, qui Asclepiadis auditor fuit, sub Augusto, & Cornelio Celso æqualem fuisse aut paulo superiorem, propemodum constat: aut igitur infra Augusti ævum Aretæus, aut illo ipso ævo floruit, quod fieri non posse jam probatum est. Themisone igitur recentior Aretæus, atque ipso Andromacho.

Neque illud in hæc conjectatione nullius momenti videbitur, quòd idem ille scriptor, lib. 6. acutorum in curatione ilei, ἀρχιατρὸν nominat: si vera est Mercurialis observatio, apud nullum scriptorem, qui superior sit ævo Imperatorum, id vocabulum exstare: propterea quod id munus ante Neronis aut Tiberii tempora nondum in usu positum fuerat. Verba Aretæi, quibus Archiatri mentionem facit, hæc sunt, ἐπεὶ καὶ τὸ θνήσκαι πῆς μὴ ᾧδε πινέσσι (πινέσσι malim) ὀδαιμονίη· τῶ ἀρχια-

τῶ δὲ ἔθελμις πρήσσειν. Verùm meo quidem iudicio nihil ea vox, ad eam dignitatem sive munus Archiatrorum, de quibus in variis Cassiodorus disputat. Neque aliud ibi esse ἀρχιατρον mihi persuadeo, quàm quod Hippocrates dixit ἡδελφισμῶν ἰατρὸν probum & ingenuum medicum, non imperitum aut sycophantam. Ita autem hanc vocem accipi debere eo loco ipsemet Aretæus præcedentibus verbis haud obscure indicat; ubi de medici facultate, qui morbo tam vehementi adhiberi debeat, sollicitè admonet; *χρὴ ὦν μῆτε σμικρότερόν τι γίγνεσθαι τὸν ἰατρὸν ἔπαθε, μῆτε βραχύτερον*: ubi Joh. Antonides Vander Linden pro βραχύτερον rescribit βραδύτερον, medic. selectorum 13. §. 404. cui assentior; atque ita hunc locum verto, *par est igitur, neque minorem esse medicum morbo, neque tardiozem*. Cùm igitur, quem ibi strenuum medicum neque morbo imparem eligendum censet, paulò post ἀρχιατρὸν vocet; quis exinde non intelligat, nihil aliud, ut dixi, ἀρχιατρῆ nomine demonstrari, nisi medicum non vulgarem, sed & majore artis peritiâ illustrem? Sed de hac voce accuratiùs infrà suo loco, ubi de volvuli curatione à nobis considerabitur.

Postquam ostendimus Neronis ætate inferiorem fuisse Aretæum, superest quærere, quanto intervallo ab eo distet. Goupylus, ut vidimus, eum Galeno superiorem facit: quâ autem conjecturâ non dicit. Mihi potiùs verisimile fit, posteriorem fuisse. Nusquam enim ejus mentio apud Galenum; at neque Galeni apud Aretæum: omnino ἀπορον est hoc; neque de eo quicquam humano ingenio constitui potest. Illud modò affirmare licet, ut longè infra Galenum in ætatis Aretæi pervestigatione descendamus, non tamen ultra Juliani Cæsaris principatum progredi licere; ad hanc metam resistendum necessarió. Certè Aëtius, qui illius principis temporibus vixit, & Oribasio σύγχρονος fuit, aliquoties Aretæi auctoritate nititur, ut antiquioris. Et hæc de ætate sufficiant in hóc silentio auctorum: quando non temere quemquam veterum reperias, Aëtio Amideno & Paulo ex Æginâ exceptis, qui Aretæi mentionem fecerit. Ac ne Photius quidem in illâ immen-

fæ lectionis epitome, cùm tot veterum in omni disciplinâ atque medicorum scripta exciperet, de Aretæo nobis quicquam reliquit.

Quod ad eruditionem spectat, & sectam, cui in rebus medicis studuit, nulli hunc addictum fuisse censet Crassus interpres; utpote qui in quibusdam ab Hippocrate, Galeno & Aristotele dissentiat: ceu necesse sit, quisquis alicui sectæ se dedit, ita illius conditori esse mancipatum, ut in quibusdam ab ipso dissentire salvo proposito non possit. Mihi verò Aretæus planè dogmaticus fuisse videtur: cùm morborum causas priore voluminis parte ex professo tradat, *περὶ αἰτίων ἢ σημείων*, &c. Non enim Empiricus causas investigaret, aut redderet, cujus id proprium fuit ex observationibus & symptomatum syndrome morborum curandorum inire rationem. Non de methodicorum grege, qui præter *κοινότηας communitates*, nihil rerum aliarum, quarum in aliis sectis fit mentio, ad rem pertinere putabant. Præterea hunc optimarum partium fuisse, vestigia Hippocratis abunde indicant, passim in hisce libris conspicua; dictiones, sententiæ ex illo medicinæ parente expressæ. Non solum enim mente & doctrinâ, sed etiam ore Hippocratem refert, ut legitima proles parentem: ob eamque causam opinor, eundem, tametsi Cappadocem, Ionicâ dialecto usum, ut scilicet hâc quoque notâ medicinæ parentem exprimeret. Neque enim existimandum est illum orationis nitorem atque elegantiam, quam in hisce libris non sinè eximiâ voluptate observamus, ei nativam, & ut ita dicam, vernaculam fuisse. Immo Cappadocum insignis fuit inter Græcos barbaries, ut qui voces Græcas perperam & ineptè enunciarent: quippe iis solenne fuit ejusdem soni literas confundere, longas syllabas breviare, breves autem producere, ut Philostratus testatur de Pausaniâ sophistâ, è Cæsareâ Cappadociæ oriundo, verba faciens in vitis sophistarum: verba ejus adscribere placet: *ἐς πολλὰ ἢ ἀναφέρων τῷ Ἡρώδῃ πλεονεκτημάτων, τὸ μάλιστα τὸ ἀποχεδιάζεν· ἀπήγειλε τὰ αὐτὰ παχέια τῇ γλώττῃ, ἢ, ὡς Καππαδόκαις σιῶντες, ξυγχράων μὲν τὰ σύμφωνα τῷ σιχείων, συτέλλων ἢ τὰ μηκυνόμενα, ἢ μηκύνων τὰ βραχέα.* Quare quòd tam emendatè & eleganter Ionicâ linguâ præsens opus conscripsit,

psit, more hominum eruditorum fecit, qui quas natura voces negat, studio & industriâ adipiscuntur. Ita enim Ælianus scriptum reliquit ipsum Hippocratem in gratiam amici Democriti scripsisse Ionicè, cùm Doricus seu Doriensis esset: quod tamen ultimum suspectum; natione enim Coum fuisse Hippocratem nemo nescit. Quæ insula nihil ad eos, qui Dores dicebantur. Sed & Cephalion Rhetor Gergethius, auctore Suidâ, historias Ἰάδι dialecto composuit: vixit autem is sub Hadriano. Hæc eò visum mihi est notare, ut nugari desinant, qui Aretæum antiquissimum esse hęc quoque argumento contendunt, quòd Ionicè scripserit; ceu non possit quivis ex veterum lectione tantam sibi Ionicæ, vel alius cujusvis dialecti facultatem comparare, ut eâ perquam emendatè scribat: cùm Ælianus, homo Romanus, sic Atticè scripserit, ac si in mediis Athenis natus esset: ut in ejus vitâ scriptum reliquit Philostratus; ἠτῆρικίζε δὲ ὡσαύτε οἱ ἐν τῇ μεσογείᾳ Ἀθῶναιοι. Sed & Phavorinus Philosophus, natione Gallus, oppido Arelate in Galliâ Narbonensi, quâ floruerit Atticæ eloquentiæ facultate, vel ex Gellio notum est. Nota & Synefii Platonici, natione Afri, in exprimendis Atticorum verbis felicitas, quâ ἀποχρόνον nulli cedit. Quorsum igitur hæc? ut ex his intelligatur, Aretæum non solùm rei medicæ apprimè peritum fuisse, sed etiam literarum studiosissimum atque doctissimum.

Neque enim linguæ peregrinæ vim & proprietatem assequi cujusvis est hominis, sed bene nati ad literas, & laborum patientis. Præterea tam multa in libris occurrunt omnifariæ eruditionis scitamenta, præter illa quæ ad medicinam pertinent, ex Homero, Platone, & aliorum Philosophorum fontibus deprompta, ut in hęc parte velle morari perinde sit, ac si quis studeat multis verbis probare, solem lucere in meridie; vel ipsi soli lumen foenerari. Nam hispidas aures, corneam fibram, pectus rude, & à Musis & Gratiis omnibus aversum habeat, necesse est, qui legens Aretæum variis lepidissimis sententiis atque vocibus animum sibi deliniri non sentiat. Ita de mei auctoris stylo & doctrinâ sentio; & Amatam Lusitanum cum suâ ineptâ censurâ longè explodo & faceffere jubeo, qui centur. 5. curar. med. cu-

ratione 6. Aretæi siccam nec adeò succulentam doctrinam esse dicit. Quod cum ita sit, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς à virtute nomen tanto viro inditum videri possit: tamen non est mos Græcæ linguæ, paronymum, seu adjectivum à virtute formari; nam qui ἀρετῶν possidet, hunc non appellat ἀρεταῖον, sed σαρδαῖον, sicut Ammonius ipse scriptum reliquit scholiis εἰς τὰς δέκα κατηγορίας ad caput de substantiâ: ἡ δὲ ἀρετὴ (inquit) ἔτε ἔξ ὀνόματος ἔτε ἔξ ὀρισμῶ μελαδίδωσι τῶ ὑποκειμένῳ· ἔ γὰρ λέγετ' ἀρεταῖον, ὁ ἀρετῆς μετέχων, ἀλλὰ σαρδαῖον; quem locum si Goupylus vidisset, non ita simpliciter hunc auctorem nostrum ἀρετῆς ἐπώνυμον vocâisset. Sanè istiusmodi vocabulum, vel ad significandum hominem singularem, apud Græcos rarissimum est, vixque in libris veterum aliquem, qui id nomen habuerit, reperias. Planè ut suspicer inter barbaras Cappadocum voces esse numerandum.

Postquam de auctore diximus, par est, ut de ejus instituto in hisce libris nonnulla attingamus. De morbis acutis & diuturnis, sive an-
 nosis passionibus, ut Arnobius loquitur in primo contra gentes, institui disputationem vel ex titulo notum est: sed quid sit acutum in morbis, quid diuturnum, & quàm ejusmodi valetudinum cognitio medicis necessaria sit, paucis explanare non gravabor. Morborum acutorum appellatio non eorum qualitatem vimque indicat, ut in aliis, quæ acuta dicuntur, putà saporibus, dolore, frigore, ingenio & aliis id genus, sed motûs qualitatem. Hoc indè statim intelligas, quòd acutis morbis χρόνιοι, i. e. diuturni, opponuntur. Quare quo sensu καιρὸς ὄξυς ab Hippocrate dicitur in proœmio aphorismorum; & quomodo Plutarchus in Alexandro de naphthæ vi loquens, quâ flammam celeriter attrahit, ὀκλίω ὄξυαν, tractionem acutam, hoc est, citam dixit; sic medici morbos acutos appellant, qui velut validi cursores, celeri & prærapido impetu sua spatia conficiunt. Non enim si quis simpliciter brevè terminetur, ob eam causam acutus censetur; sed si suoapte ingenio magnus & vehemens. Propriè tamen ὄξυτης motûs conditionem indicat, nempe celeritatem; cui accidit brevi tempore ad metam pervenire. Sed ei motûs celeritati certa morbi natura subest.

est, quam motus velocitas sequitur. Quo fit, ut non omnes morbi brevi desinentes in acutorum numerum referri possint. Nemo enim febrem diariam acutam dicat, tametsi xxiv horas non excedit. Ex quibus intelligatur morbo acuto tardum propriè opponi, cui item propria subest natura; sed quæ, uti Galenus autumat, nondum proprium nomen invenit; brevi autem longum: tametsi tardus cum longo est confusus. Nam omnis acutus planè brevis temporis est, & diurnus omnis necessariò est tardus. At non sequitur, si quis morbus brevi tempore finiatur, hunc continuò esse acutum; aut si quis tardus, eundem & diurnum esse. Hæc autem morbi ratio, unde acumen & celeritas provenit, vehementia est naturam impensius irritans, aut gravans; quo fit, ut illa totis viribus ac finè ullà intermissione in eum depugnet, quò celerius pestem depellat: cujus contrarium morbis diuturnis ex proportione inesse putandum est. Quæ haud dubiè causa est, cur febres, quæ acutos morbos comitantur, omnes continuæ sint, Galeno ita scribente ad aphor. 31. sect. 5. Sed quòd morbi diurni tam longum tempus durant, vel humoris crassitiem & contumaciam vel corporis imbecillitatem in causâ esse propemodum constat. Utrique curatu difficillimi sunt: acuti quidem morbi, quòd suo præceleri motu citiùs ferme ægros è medio tollunt, quàm iis remedia adhiberi potuerunt: diurni autem, quia humorum impactorum contumacia haud citò solvi potest; tum quòd partis alicujus imbecillitas, quæ, ut diximus, ferè iis morbis subest, nisi magno negotio atque industriâ medici, restitui non potest. Quibus accedit ægrorum intemperantia, qui partim morbi longitudinem, partim remediorum molestiam pertæsi atque fatigati, minùs se consiliis obsequentes præbent. Quo fit, ut in iis potissimùm morbis tractandis, medici prudentia & virtus appareat; sicuti de diuturnis ipse Aretæus testatur; *ἐνθα δὴ ἀρετὴ διαείδει ἀνδρὸς ἰητρῆς, καὶ μακροθυμίας, καὶ ποιικιλίας, καὶ χρείας ἀελαβῆς τῶν ἰδέων καὶ ὡδυσφάσι.* Sed neque ingentibus malis & celeriter opprimentibus promptè auxilium idoneum afferre mediocris hominis est. Ibi enim remediorum omne genus in promptu esse oportet; mirâque

mirâque animi sagacitate ac vigilantia opus est, ubi morbus præsentem mortem intentat.

His rationibus impulsum putamus Aretæum, ut in eorum morborum potissimum naturâ, signis & remediis accuratiùs tradendis, ingenii sui eruditionisque atque experientiæ specimen dare vellet. Cujus instituti cum partes alias sedulo & doctè executus est, tum eam, quæ dignoscendi rationem atque etiam prænoscenti tradit, sic tractavit, ut omnium, quotquot unquam fuerunt, medicorum diligentiam supergressus, posteris quoque palmam præripuisse videatur. Itaque hujus elogium, in Scaligeranis, à summo viro hujusmodi existat; *Aretæus medicus Græcus excellentissimus, Ionicus auctor, qui exactè singulos morbos describit, ideoque ad Hippocratem intelligendum in primis necessarius.* Cæterum (ut hujus diligentia specimen aliquod atque exemplum proponam) cum nobis morbi illius horrendi, qui Elephantiasis dicitur, naturam explanare, faciemque notis omnibus atque coloribus adumbrare, atque oculis propemodum subjicere vellet, cum elephante animali hunc comparat, nominis argumento eò ducente; quod à similitudine ejus belluæ, morbo inditum in confessio est. Et quia ex Aristotele in categoriis eorum, quæ inter se conferuntur, conjuncta est cognitio, ut si unum perspectum habeamus, alterum neutiquam nos latere possit; elephantis animalis picturam nobis proponendam censuit, ut ex ejus conspectu similis morbi speciem atque ideam animo quisque informare possit. In hac autem tabellâ plusquam Apellem se exhibuit. Non enim puto illius pictoris penicillo elephantem tam graphicè, tamque ad vivum effingi posse, quàm Aretæi calamo ibi elaboratus est. Ex quâ etiam descriptione cerni potest, non in solius humani corporis, quod medicina est propositum, contemplatione hæsisse hunc, sed aliorum quoque animalium naturas apprime doctum & callentem fuisse. De quibus fortasse & libros scripserat, ut propemodum colligere est ex iis, quibus descriptionem illam concludit; ἀλλ' ἔτι μοι χρέεσθαι τὰ νῦν ἀμφὶ τῆ ζώης γράφειν, i. e. *Sed neutiquam opus est, nunc quidem de eo animali præscribere, &c.* Nam cum τὰ νῦν in
impræ-

præsentiarum dicit, quasi alio loco tractatum promittit. Sed hæc quidem conjectura est, vel potius suspicio: illud satis constat, præter hos libros, quos in manibus habemus, alios ab eodem fuisse conscriptos de Chirurgiâ, utpote quorum mentionem faciat lib. 2. Therapeut. diuturnorum cap. 2. En temporum injuriam! quæ nos tam luculentâ scriptoris eruditissimi lucubratione privavit. Sed de Aretæo & scriptis ejus hætenus.

Restat, ut quid alii, quid ego in hunc auctorem præstiterimus, exponam. Quatuor Aretæi editiones extabant: prima Goupyli, qui, ut dixi, princeps hunc è situ & tenebris in lucem dedit, hæc pura puta Græca est, ideò minùs multis utilis, quòd pauci Græca finè versione assequi possunt, præsertim Ionica. Huic successit editio Junii Pauli Craffi, medici & Professoris Patavini; hoc est, Latina interpretatio seorsim edita Venetiis, sed ea minùs accurata ob innumerabiles, ut ipse conqueritur, mendas codicum Græcorum: quam tertia dehinc secuta est Celsi Craffi filii versio item Latina, sed emendatior, utpote ex Græcâ Goupyli editione expressa, itémque Rufi Ephesii, atque aliquot aliorum rei medicæ scriptorum, quæ omnia eodem volumine comprehensa extant, excusa autem Basileæ anno 1581. Postremò Georgius Henischius Medicus Augustanus in eodem auctore illustrando nomen quoque professus est suum: cui tamen nihil aliud debemus, quàm quòd primus Aretæum utrâque linguâ edidit. Quam enim è regione Græci contextùs apposuit versionem, ipsa est Junii versio; commentarius autem, quem item adjunxit, nihil habet, nisi vulgare, protritum atque exculcatum, nominum videlicet morborum futiles ex Hebræis originationes, divisiones, definitiones multo pulvere asperfas. Cæterùm de auctoris verbis, & locis difficilibus altum silentium; cùmque tot occurrant in Græco contextu depravata & corrupta, ad omnia connivet, omnia sicco pede transigit; neque quod hominis eruditi officium erat, quicquam expendit, aut emendare conatur.

Quid autem ipse præstiterim, meliùs mea hæcce commentaria docebunt, quàm ego ullis verbis explanare possim. Dicam tamen pau-

cis eorum gratiâ, qui solas librorum præfationes legunt. Primùm corrupta in hõc scriptore loca, quorum magnus numerus, emendare sum conatus, ope trium codicum MSS. quorum unum è Bibliothecâ instructissimâ Collegii Claromontani patrum societatis Jesu Cossardus, ejusdem societatis vir eruditissimus, eique Bibliothecæ præfectus, olim mihi commendavit: alii duo ex Bibliothecâ Mentelianâ. Sed ut verum fatear, plures errores ex conjecturâ sustuli, quàm ex libris, qui omnes ab uno propagati videntur. Tamen uno è Mentelianis me alicubi insigniter adjutum testor. Visum est præterea obscuris dare lucem, dubiis auctoritatem; tum egregiè dicta, neque promiscuæ eruditionis diligentius notare, atque ita utilibus dulcia miscere, ut lectores optimis rebus satiando, eorum etiam fastidio istiusmodi literarum amoenitatibus subvenirem. Consilium erat, & novam dare versionem: sed cum Juliana interpretatio magnam partem satisfaciat, satisque habeat elegantiae & nitoris; veritus sum, ne præposteræ ambitionis videretur propter paucos lapsus totam illam versionem velle mutare; ὅμοιον τῷ τῷ Ἀθλιῶν βελομῶφι μετακινεῖν τὴν Φειδία, ἕτι τὰ δέσματ' κρηπίδων ὅτιο ἀμείνω ποιεῖν; ut eleganter in re haud absimili præfatur Themistius: hoc est (ut liberiùs Hermolaus vertit) *perinde ac si Phidiæ Minervam reformare de integro universam instituas, ut aut amentum soleis, aut ansulam crepidis, aut ligulam calceis, aut quid aliud pauxillum, quod subsultet, reponas.* Quæ futilis ambitio etiam viros alioqui cordatos & doctos transversos egit, ut paucissimorum nævorum occasione novas versiones susciperent; novas equidem, si filum orationis, & dictionem spectes, non autem, si sensum; ut scilicet novos se interpretes nuncuparent. Quâ ambitione nihil ineptius, & homine liberali indignius judico. In eam reprehensionem ne incideremus, versionem illam Junii emendatam reposuimus.

P E T R I P E T I T I

M E D I C I P A R I S I E N S I S

C o m m e n t a r i i & A n i m a d v e r s i o n e s ,

I N

Octo Aretæi Cappadocis libros, quibus morborum acutorum & diuturnorum causas, signa & curationes tradit.

Primum huncce librum, quatuor prioribus capitibus, & sequentis initio mutilatum esse injuriâ temporum, patet ex indice libri primi therapeutici, quo capitum tituli produntur. Neque enim dubium, quin eorundem affectuum signa & causæ iisdem titulis atque ordine in primâ hâcce totius operis parte traderentur, Ex quo etiam cognoscimus præsentis capituli, quod ordine est quintum, inscriptionem fuisse Περὶ παροξυσμῶν Ἐπιληπτικῶν *De accessione comitialium*. Quod idem & ex iis, quæ hîc tractantur, conjectari potest Proinde Junius Paulus Crassus horum librorum interpres, hîc ipso argumento inductus, sic inscriptionem restituit; *De comitialis morbi accessione*. Nobis placet: *De accessione comitialium*: Quod idem est. Verùm unâ voce, *Comitialium*, quâ Plinius ad significandos eo genere morbi laborantes utitur, aptius atque concinnius Græca vox Ἐπιληπτικῶν transferri videtur. Alioqui comi-

tiales homines qui Plauto dicantur, haud clam me est. Sed ad verborum Aretæi expositionem jam accedamus.

II. 4. Φλεβῶν ἐν τῷ τραχήλῳ πληρώσεις] MS. φλεβῶν τ̄ ἐν τῷ, &c. aptius meo quidem, iudicio, & magis ex proprietate Græci sermonis.

II. 9. Ἦν ὃ πλεσιόν εἶδε⊕ ἢ τ̄ παροξυσμῶ] In MS. codice πλεσιόν δέ⊕ ἢ; *Si propè sit metus accessionis, hoc est, si accessio instat, imminet.*

Κύκλῳ μαρμαρυγαὶ πρὸ τ̄ ὀφθ̄⊕] Gemina planè habet Aurelianus lib. 2. tard. pass. cap. 4. de hoc ipso affectu agens: *Vel quædam (inquit) præ oculis quasi pro splendens macularum marmoris similia, quæ Græci marmarygmata, sive marmarygas vocant.* Et paulò post: *Item velut scintillarum micæ, aut circulos igneos, circumferri præ oculis sentiunt egrotantes.* Ubi circulos igneos videtur dixisse, quos Aretæus κύκλῳ μαρμαρυγῶν. Ita enim medici quosdam fulgores oculis obversantes appellant, eorum præsertim, quibus instat crisis per sanguinis è naribus profluvium. Quanquam & sanis iidem interdum apparent, quibus cerebrum aut curâ intensiore, aut mero, aut quacunquæ aliâ causâ incaluit. Ictu etiam capitis vehementi velut scintillæ repenti excuti videntur: tum autem & aliâ occultiore causâ iis, qui visum amittunt, de quibus Marcellus Donatus lib. 2. de placit. philos. eos fulgores, qui navigantibus per tempestatem apparent, quos vulgus Castores vocabat, oculorum ipsorum coruscationes esse opinabatur cum metu & consternatione intuentium; τ̄ ὁράων ὀφθαλμῶν μὲν δέξαι καὶ καταπλήξεως εἶναι σιληθόντας. Hinc μαρμαρυγῶδες ὄμματα apud Hippocratem in 4. de victu in acutis. Auctor quæstionum naturalium, quæ Alexandri Aphrodisæi nomine extant, hos oculorum splendores ἀστέρας à similitudine appellat lib. 2. tussisque vehementis, aut vomitûs conatu excitari docet. At Philoponus in 3. de animâ, lucis æternæ speciem in oculis clausis aliquandiu hærentem μαρμαρυγῶδες & λαμπάδας vocat. Sed & vibrantem extrinsecus fulgorem, ut stellarum & aliorum splendorum, nonnunquam eâ voce designatum reperio. Theon Arati interpres de stellâ, quæ in summâ canis cœlestis maxillâ Sirii nomine observatur, κ̄ τ̄ π̄ (inquit) ποικίλ⊕ κ̄ τ̄ τὰς ἀστρομαρμαρυγῶδες, ὡσπερ πορφυρεζέσας. Quia porrò mira est scintillantis illius fulgoris celeritas, Homerus ad motum corporis

poris transtulit, de saltatoribus verba faciens & μαρμαρυγὰς ποδῶν dixit, ut eorum agilitatem ostenderet *Odyss.* 9. v. 265.

————— αὐτὰρ Ὀδυσσεύς
Μαρμαρυγὰς ἔηκε ποδῶν ———

II. 10. Πορφύρεων ἢ μελάνων] Non simplices fulgores oculis comitium apparent, sed & varii colores. Modò enim purpurea quædam cernere videntur, modò nigra, interdum ex omnibus mixta coloribus πάλιν ὅμῃ συμμεμιγμένων. Cujus varietatis difficilis explicatio est; tamen quâ ratione id fieri putem, paucis expediam. Appetente paroxyfmi tempore, ac teterrimi vaporis labe jam cerebrum afflante, natura, ut mos ejus est, multos eò spiritus suppetiatum affluenter submittit. Sunt autem spiritus animalium lucidi. Tunc igitur in eorum cerebro quidam ceu fulgor accenditur. Verùm is non diu pestis motu invalescente potest persistere, utpote cujus caligine, quidquid in capite existit lucis atque cognitionis, extinguere necesse est. His namque animum caligare dixit Plinius in undecimo. Ac mihi videtur, si ita loqui fas est, nihil esse aliud hunc morbum, quàm lucis animæ defectum, vaporis tetri interpositione inter animam & corpus. Cùm igitur animi splendor extinguere incipit, eadem, quæ in luce externâ, dum deficit, aut turbidis miscetur, colorum successiones fiunt, primùmque clariores, & magis lumini affines cernuntur, deinde obscuriores, demum nigri, cùm lux, prope est, ut penitus deficiat. Potest etiam diversa turbidorum vaporum conditio, spirituum animalium candorem variis inficere coloribus. Quod autem non omnino inanis sit hæc nostra causæ conjectatio, constat ex iis, quæ Bacon Verulamius in historiâ vitæ & mortis narrat, de quodam curioso, qui scire voluit, quid paterentur ei, qui suspensio necantur, antequam exanimantur. Is namque cùm sibi ipse laqueum induisset præsentem filio, qui in tempore opem ferret, (neque enim mori volebat) in illo æstu ac conflictatione aliquandiu passus, & subiecto mox fulcro recreatus, & quasi ab inferis postliminiò reversus, narrare solebat, sibi eandem colorum varietatem atque successionem objectam, quam hîc notat Aretæus. Quis igitur non eandem esse

morbi Comitialis rationem videt? qui & correpto cerebro non mediocrem ipse suffocationem inducat.

II. 10. Ὡς δοκέειν τ' ἐν ἔρανό τετρανόσχ' ἱερν] Homeri est hæc similitudo, qui Iliad. λ. v. 26. Palladis arma describens, draconum in ejus ægide varios colores iridi comparat.

Κυάνεοι δὲ δράκοντες ὄρωρέχατο ποτὶ δειρῶν
Τρεῖς, ἐκάτερθ' ἱεροσιν εἰκότες. ———

Tum illud τετρανόσχ' ἱερν expressum ex libro Iliad. ε. v. 547. ubi hī versus leguntur :

Ἦύτε πορφυρέων ἱερν θνητοῖσι τανύσση
Ζῶς ἐξ ἔρανόθεν. ———

Quod non hīc solūm facit noster Cappadox, ut tessellas ex Homeri pavimenti suo operi intexat, sed & alibi passim, ut suis locis monstrabimus.

II. 12. Μετέξέτεροι δὲ ῥόδατι ποταμῶ] Comitiales fluminis præterlabentis, aut rotæ, aut turbinis, dum circumagitur, conspectu prosterne, haud mirum est; quando his rebus, si diutius conspiciantur, vertiginem cieri, manifestum est experiētiâ. Vertigo autem proximus epilepsiæ affectus, & ejus præludium. Ita igitur de eâ Theophrastus libello ei dicato : ὅτι δὲ ἀπὸ τ' ἢ ὄψεως κίνησιν ἰλιγιάων συμβαίνει, φανερόν ἐκ πολλῶν. οἷτε γὰρ πλέοντες θαλάσσης, μᾶλλον ἰλιγιάσιν. ὅταν ἐμβλέπωσι πῆς κύμασι, ἢ τῆ τῶν ἑλῶν ἄστρων κινήσει. διὸ καὶ ἐκαλύπτουσι τὰτ' εὐλαβέμενοι. *Quod autem ab aspectus motu vertigo contingat, perspicuum ex multis est. Nam qui navigant magis citius vertiginem incurrunt, si aut fluctus, aut motus siderum intueantur; quod ut evitent, faciem velant nonnulli.*

II. 13. Ἦ τροχῶ δινδιδύμῳ] Idem Theophrastus citato loco : καὶ οἱ τὰς αἰώρας, καὶ τὰς τροχὰς θεωροῦντες, ἢ καὶ συμπεριφέρουσι τ' ὄψιν, ταχὺ σκοτῆνται. *Turbantur qui rotas aspiciunt, qui oculos circumvertunt.* Quæ licet de vertigine memoret Theophrastus, tamen ad nostrum etiam institutum pertinent, quia, ut dixi, affinis Comitiali morbo vertigo; immo non differre hī affectus nisi secundum magis & minus

nus videntur. Ex quo efficitur, ut quibus rebus unus excitetur, iisdem & alterius provocetur accessio. Sed elegans in primis Apuleii locus extat in Apologiâ. *Etiam (inquit) orbis à figulo circumactus, non difficili ejusdem valetudinis hominem vertigine sui corripit. Ita spectaculum rotationis, ejus animum saucium debilitat, ac multo plus ad caducos consternandos figulus valet quàm magus.* Hunc enim magiæ inimici insimulabant, ac puerum quendam ejus incantamenti tentatum, quòd sæpius caderet : eum verò epilepticum esse, ibi docet Apuleius.

II. 14. [Ωπειρ γαγάτχ] In iis, quæ ad caducos dejiciendos faciunt, est lapis Gagates, ut idem dicto loco testatur Apuleius: *Quod si (inquit) magnum putarem caducum dejicere, quid opus carmine fuit? cùm incensus Gagates lapis, ut apud Physicos lego, pulchrè & facilè hunc morbum exploret : cujus odore etiam in venalitiis vulgo sanitatem aut morbum venalium experiantur.* Dioscorides de hoc ipso lapide, libro 5. ἐστὶ τὸ καὶ Πιλιπητικῶν ἑλεγχθῆναι ποθυμιαθεῖς. Item alii rerum medicarum scriptores, quibus transcribendis (quod plerique faciunt) farcire hinc centones consilium non est. Neque eorum nos dicta, nisi ubi dignus vindice nodus inciderit, proluturos, testamur & denuntiamus. Casti integræque interpretis officio fungi volumus, non sophistæ & ostentatoris. Est autem Gagates lapis bituminosus, seu, ut alii volunt, bituminis genus, [Plin. Hist. lib. 36. cap. 19] *Niger, planus, pumicosus, non multùm à ligno differens, levis, fragilis; odore, si teratur, gravis.* Nomen ei à fluvio Lyciæ, propter quem nascitur, inditum tradit Dioscorides. Gagas huic fluvio nomen. Quem tamen nunquam se reperire potuisse, cùm totius Lyciæ oras ad ejus res explorandas legeret, affirmat Galenus libro 9. Simpl. Medic. At Dioscoridem tuetur Hermolaus in corollario, Grammaticorum auctoritatibus; quàm validè, ipse viderit. Hunc lapidem à Nicandro in Theriacis v. 37. ἐγγαγγίδα πείτελω dici putat Gorreus vir eruditissimus, veterem scholiastem secutus. Sed qui γαγγίτω lapidem, quem ἐγγαγγίδα vocat Nicander, cum Gagate confundunt, falli, multis docet Salmasius in Exercit. Plin. in Solinum. Versus Nicandri, si quis requirit, hi sunt:

Ἄλλοτε δ' ἀζαλέω καίων ἐγκαγίδα πότερω,
Ἦν εἰδὲ κρατερεῖο πυρὶς περικαίνου ὀρμή.

II. 16. Πορρωτέρω τῆ κεφαλῆς νόσων] Hæc Galeni placitis consentanea, qui lib. 3. de loc. aff. cap. 7. triplicem morbi comitialis modum tradit. Primus est, cùm morbus proprium cerebri affectum sequitur: alter, cùm oris ventriculi noxam; tertius, qui infrequentior, cùm ab aliquâ parte longinquâ, nempe digito, aut crure incipit, vapore tetro ad caput fubeunte.

III. 2. Ἦν ἔρπον τὸ κακὸν εἰς τὴ κεφαλῶν ἴκη] Id malum quale sit, docet Galenus citato loco, ex sententiâ Pelopis præceptoris, nempe esse qualitatem, aut auram tenuissimam veneni æmulam; ἐδόκει ἡ τῶ διδασκάλῳ Πέλοπι δυοῖν θάτερον, ἢ τοι ποιότης ἀναδιδεσθαι, ἀλλοικρυθῶν τῆ μορίων, καὶ τὸ σωεχὲς, ἢ πνύμαλική τις εἴσα. Vide, quæ deinceps disputat elegantissimè, de stupendâ quorundam venenorum subtilitate atque ἐνεργείᾳ.

III. 5. Οἷς ἡ ξωήθεες] Qui valetudinis hujus sunt rudes, quòd sæpius eam experti non sint, ferè improvisâ mali ceu tempestate corripuntur. Contrâ quibus familiare id malum, facilè ejus motum atque accessionem præsentiant. Tum id necessariis denuntiant, ut sibi adfent, opitulenturque, ut mox videbimus. Sic quoque Hipp. de morbo sacro: ἐκόσοι ἡ ἤδη ἐθάδες εἰσι τῆ νόσῳ, προγινώσκουσι, ἐκόταν μέλωσι λήψεσθαι.

III. 6. Ξωήθεας ἀρωγὰς] Rectè ξωήθεας *familiares*: alioqui enim miseros, ubi mali adventum sentiunt, fugere è conspectu hominum præ verecundiâ, auctor est Hippocrates citato loco: καὶ φάγουσι (inquit) ἐκ τῶ ἀνθρώπων pueros verò, quòd eorum simplex ingenium, necdum verecundiæ capax, ad matres aut quemvis alium maximè notum confugere ibidem testatur. Idcirco Aretæus non simpliciter, vocare auxiliares dicit, sed ξωήθεας familiares & necessarios. Minus enim eorum, cum quibus assiduè versamur, nos pudet.

III. 7. Διασφίγγειν καὶ ἀνακλάει] Galenus quoque, quibus malum à pede, aut manûs digito incipit, prodesse vincula partium interjacentium testatur lib. 3. de loc. aff. cap. 7. quem locum exscribere non pigebit, utpote qui hunc Aretæi non parum illustrat: ἀλλὰ καὶ τὸ δὲ

τῆ κνήμης ἐπίληπτον παῖδα θεραπεύειν Ἰπικειρήσαντες, οἱ τότε σωμαθροιδεῖνες εἰς τὸ σκέψιν ἰατροὶ, δόξαν αἰτίαι, προκαθήραντας ὅλον τὸ σῶμα προσενέγκειν τῷ μέρει τὸ διὰ θαψίας ἢ νάπτου φάρμακον, ἐν τῷ μελαζὺ (post μελαζὺ, lege Ἰπικθίνες κ) δήσαντες τὸ κῶλον ἀνωτέρω τῆ πρωτοπαθῆν μορίᾳ, διεκάλυσαν γενέσθαι τὸ παροξυσμὸν καὶ τοὶ κῆ καθ' ἐκάστῳ ἡμέραν γιγνόμενον. *Sed puerum quoque, cujus morbus comitialis à tibiâ oriri consueverat, Medici, qui tunc ad ejus curationem convenerant, sanare aggressi; Quod ipsis utile visum imprimis post universi corporis purgationem medicamine ex thapsiâ, aut sinapi parti adhibito. ligatôque in medio, membro, supra eam videlicet partem, quæ primariâ dispositione erat affecta; hęc παθεῖτο accessionem reverti prohibuerunt, quamvis antea quotidie puerum infestare consuevisset.*

III. 8. Τὰ κατάρχοντα μέρη] Partes, à quibus motus accessionis incipit, sive quæ malo initium præbent. Galenus loco proximè citato τὸ πρωτοπαθῆν μορίον vocat, partem videlicet, quæ primariò est affecta. Dicuntur autem eo modo κατάρχοντα μορία, quem admodum προκαταρκτικὰ αἰτία & καταρκτική αἰτία pro causâ evidente apud Alexandrum Trallianum lib. 12. cap. 2. Quam tamen vocem mutilam putat Goupylus, & eo loco προκαταρκτικῆς αἰτίας legendum, non καταρκτικῆς. Sed nihil esse mutandum, præsens Aretæi locus confirmat: tum illa ejusdem verba in sequenti capite εἰ μὴ κατάρχη τρώμα. Sed & exempla hujus verbi eo sensu usurpati congerit Budæus, in Græcæ linguæ commentariis. Quidni autem à verbo κατάρχω, καταρκτικός dicatur?

III. 10. Ἐς τὸ ἡμετέρω σημασίῳ] Sunt, qui ita interpretantur: *impulit nos, ut cognosceremus, unde malum proficiscitur.* Atque ita notatum ad oram cujusdam codicis optimæ notæ animadverti Tum ipse Crassus eodem sensu: *nos ad ægritudinis notitiam impulerunt.* Verùm iis assentior, qui hunc locum corruptum putant, atque ita emendant, κῆ ἐς τὸ ἡμέρω Ἰπισημασίῳ διώτατο, *accessionem eo die depulit.* Est enim Ἰπισημασία prima morbi invasio, quam Galenus εἰσβολὴν appellat, ut notum est. Hujusmodi emendationis * author, qui Crassi versionem recensuit.

* Is est G. M. T. Gulielmus Morelius Tilianus.

III. 10. Πολλοῖσι ἢ φέρεται ἐς ἡσυχίαν ἢ θηροῖς] Complures ait initio accessionis terreri ferarum irruentium imaginibus. Quod iis potissimum accidere arbitror, quibus causa morbi est humor melancholicus. Est enim ingenium ejusce humoris atrii & frigidi terribiles imaginationi formas objicere. Refert Cardanus lib. 18. de Subtilitate, Andreae Osiandro Theologo Nurembergensi, cum adolescens quartana febre laboraret, accidisse, ut sub accessionis tempus sibi videretur in nemore esse, seque ibi à diversis feris, & serpentibus invadi. Reliqua vide apud ipsum eo loco.

III. 11. Ἡ σκιῆς φαντασίη] Crassus: *aut adumbrationis opinio*: Nam σκιά Græcis *umbram* sonat. Avicenna lib. 3. 1. tract. 5. cap. 9. de signis morbi comitialis: *Ex illo est cujus vapor est melancholicus, Ex perveniunt cum eo rami melancholici Ex timor, Ex ut solus secum loquatur, Ex ut pavor tenebrosus, propter tenebrositatem materiei.* Ubi pavorem tenebrosum dixit, quod σκιῆς φαντασίῳ Aretæus. Sed fatius videtur σκιάν hinc interpretari *umbram*, eâ notione quâ interdum usurpant Latini scriptores, Poëtæ præsertim; nempe pro larvâ sive simulacro defuncti, aut Dæmonis spectro. Virgil. 2. Æneid. v. 772.

Infelix simulacrum atque ipsius umbra Creüsæ.

Nam & σκιάν Græcis nonnunquam ita accipi ex Homero & aliis poëtis liquet. Sed & corporum imagines in speculis, & aliis nitidis relucentes, eâdem voce aliquando exprimi certum est. Pausanias de Narcisso in Bœoticis: ἐλαῦθα (inquit) ἐς Ναρκίον πηγῆ, καὶ τὸ Νάρκισσον ἰδεῖν ἐς τὸ ποτὸν ὕδωρ φασίν, & σιώνη ἢ ἔτι ἐώρα σκιάν τῶν ἑαυτῶν, &c. *Ibi est Narcissifons, in eâque aquam spectasse Narcissum aiunt. Hunc verò, cum non intelligeret se suam ipsius intueri umbram, &c.* Nunc cur vocabulum σκιά ita, ut dixi, accipiendum putem, eloquar. Opinio fuit vulgi illis temporibus immitti hunc morbum à Diis, atque ipsos paroxysmi initio apparere agris, qui indè caderent præ pavore. Auctor Hippocrates libro de morbo sacro: Postquam enim docuit ægrum, ubi mali adventum præsentiat, subducere se è conspectu hominum, seque abscondere, subdit: τὸ ποτὸν ἢ ποιεῖται ὑπὸ αἰσχύνης & πάθει, καὶ ἐχέει ὑπὸ φέρεται, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσι, & δαιμονίῳ. *Id verò facit pudore morbi, non autem (quemadmodum vulgus putat) Dæmonis metu.* Idem testatur

testatur Aretæus ipse infrà lib. 1. *χρον. παθῶν*, ubi de eodem morbo agit; ad quem locum plura super hâcce vulgi persuasione dicenda erunt. Cæterùm ei opinioni occasionem atque ansam ipsos ægros præbuisse haud dubium est; quòd ii aut ineunte paroxysmo infestis sibi Dæmones ingruere conquererentur, aut eo finito demum ad se reversi, ea, quæ vidissent, referrent. Quod miror tam præcisè Hippocratem loco allegato negare; *ceu affectus verecundiâ tantùm, nunquam metu formæ alicujus animo objectæ*. Hinc fortasse Mahometes ille omnium impostorum nequissimus, cùm morbo comitiali esset obnoxius, eoque sæpius caderet, Angelum Gabrielem sibi tunc apparere dicebat: vel quia revera spectrum aliquod videbat: vel ut ex vulgi persuasione fucum suis faceret.

III. 19. *Ξυωερείσσειν οἱ ὀδοίτες*] Malim *Ξυωερείδσειν* in præsentì.

III. 22. *Τὰ λευκὰ ὀρηθῶν ἐξ ὑποφάσις*] *ὑποφάσις* vocat Hippocrates, cùm dormientibus palpebræ non committuntur, sed inter eas de albo oculorum aliquid apparet, ut Celsus declarat lib. 2. cap. 4. Sed & Aristoteles lib. 4. Hist. anim. cap. 10. thunnos dormientes *τὰ λευκὰ ὑποφαίνειν alba oculorum* aliquâ ex parte ostendere testatur. Galenus in com. ad eum aphorism. afflictarum virium in ægris id esse signum docet.

III. 30. *Νυγμὸς ἢ καὶ σεναγμὸς ἢ φωνή*] Primam dictionem unius elementi mutatione corruptam esse patet. *Μυγμὸς* enim legendum est, *Gemitus his, stridor, & suspirium pro voce*. Sic & apud Galenum in libro, qui inscriptus est *ὅτι ποιότητες ἀσώματοι, quod qualitates sive formæ non sint corporeæ*; simile irrepsit mendum his verbis: *καὶ τὸ πρὸς ἀκρω φωνῶν, λόγων, σεργμῶν, νυγμῶν, &c. μυγμῶν* enim scribi debere palàm est. Ad eum modum in capite sequenti, de emprosthotonis loquens: *σενάζσει ἢ μύζοντες βυθίον*. Notanda locutio *μυγμὸς ἢ φωνή*; hoc est, *ἀντὶ φωνῆς, gemitus vocis loco*. Nam gemitum voci amissæ aut impeditæ succedaneum facit. Sic gemitum à voce palàm distinguit Suetonius in Julio: *Uno modò ad iētum gemitu sinè voce edito*. Plinius quoque lib. 9. cap. 8. de delphinis: *pro voce gemitus humano similis*. Nam *μύζαν* delphinorum est. Aristoteles lib. 8. Hist. Anim. cap. 2. de iis disputans: *καὶ ἔξω ἢ ζῆ πολλὴν χέρον μύζων καὶ σένων, ὡσπερ καὶ τὰ ἄλλα τὴ ἀναπνεύοντων ζώων*. Ubi Scaliger eum

locum exponens: *Idem* (inquit) *sonus est μύζοι* in ore, *γένοι* in pectore.

III. 31. Σφυγμοὶ σφοδροὶ] Non sunt propriè vehementes comitialium pulsus, sed tales videntur propter tensionem arteriæ; ut notat Galenus in Isagoge pulsuum, ubi de motu arteriarum in convulsis disputat: *δοκεῖ ὁ σφοδρὸς εἶναι καὶ μέγας ὁ τῶν σπασμῶν σφυγμὸς. ἰδὲ ἐστὶ μὲν ἕτερον ἀμυδρὸς ἕτερον σμικρὸς· ἔτι μὲν ἐφ' ὅσον φαίνεται, σφοδρὸς ἢ μέγας. ἐξαπατᾷ γὰρ ἢ πωληγὴν, διὰ μὲν τῶν τάσιν ἕυρωσθαι φαινομένην, διὰ δὲ τῶν κλόνων ἐκπηδητικῇ. Vehemens autem & magnus videtur esse eorum, qui convelluntur, pulsus. Verùm is non quidem est obscurus aut parvus: non tamen, quantum apparet, vehemens est aut magnus. Fallit enim iectus, qui propter tensionem validus videtur, tum propter concussionem exiliens. Addit Galenus ibidem non admodum diversos esse pulsus initio, ab iis, qui secundùm naturam sunt, apertè ab Aretæo dissentiens.*

Μεγάλοι δὲ καὶ βραδέες, ἴππὶ τῷ τέλει] Nempe eorum comparatione, qui fiunt initio accessionis.

III. 32. Ἀτακτοὶ δὲ εἰς τὸ σιώλον] Ob facultatem gravatam.

III. Ἀιδοίων ζύψασις] Coelius Aurelianus: *Ἐπὶ σινὲ manifestâ causâ veretri tentigo.* Manifestam causam intelligit Venereorum imaginationem, mulierum conspectum, & alia, quibus libido provocatur: quæ tunc ab illis miseris procul abesse palàm est. At verò causa non manifesta sunt flatus, quibus abundant, quos accessionis motus ad partes genitales convertit. Quin absque flatuum copiâ suffocationis labor & convulsio id facere potest: quâ ratione nonnullos, dum strangularentur, genitale arrectum habuisse testatur Cardanus in libris de Subtilitate.

III. 35. Μετεξέτεροισι καὶ γονῆς ἀπόκρσις] Quibusdam semen erumpit ob compressionem vasorum spermaticorum, ut mox subdit: trahuntur enim hæc unà cum aliis nervis in consensum; quia nervosa. Quâ fortasse consideratione adductus Democritus, coitum *μικρὰν ἰππληψίαν* appellavit. Hujus enim hæc est sententia, non Hippocratis, ut credidit Gellius, & scriptum reliquit lib. 19. cap. 2. *Hippocrates* (inquit) *vir divinâ scientiâ, de coitu Venereo, ita existimabat: partem esse quandam morbi teterrimi, quem nostri Comitiales dixerunt. Nam-*

que ipsius verba hæc traduntur: Τὴν σωσσίαν εἶναι μικρὰν Ἰππικράτην. Atqui nusquam in toto Hippocrate hæc verba reperiuntur. Et præterea Galenus com. 1. in 3. Epidem. Democritum hujus dicti auctorem scribi solitum testatur: τίς γὰρ λέγει (inquit) ἀνάγκη γράφειν Δημόκριτον μὴ εἰρηκέναι μικρὰν Ἰππικράτην εἶναι τὴν σωσσίαν. Eos autem ibi increpat, qui Hippocratem enarrantes, multa, nihil ad rem pertinentia ostentandæ eruditionis causâ inculcant. Causam, cur semen comitialibus erumpat, idem Galenus declarat lib. 14. de usu part. his verbis: καὶ μὴ γὰρ τὰς ἰσχυρὰς Ἰππικράτης, ἔτι τὸ πᾶν σῶμα παῖται σφοδρῶς, καὶ σὺν αὐτῷ τὰ γυνητικὰ μέλη, ἀλλὰ τῆτ' ἐκκρίνεται τὸ σπέρμα i. e. per fortes enim epilepsias, quia unversum corpus vehementer convellitur & cum ipso partes genitales, idcirco & semen excernitur. Ex quo patet, non in omni morbo comitiali id accidere, sed in eo tantum, qui fortis & vehemens.

III. 36. Ἡ γαρφαλισμῶ] Altera causa, cur pollutantur comitiales in accessionis remissione, titillatio est à dolore nervos vellicante: quoniam sic affectis nervorum dolores incidant. Dolor enim spiritus excitat, & ad locum patientem compellit, unde caloris intentio & pruritus, maximè si non sit atrox cruciatus. Porrò iis sub finem accessionis non verisimile est ingentem esse illum nervorum dolorem, sed mediocrem, & qui non multum à pruritu differat. Nam & pruritus doloris est species. Hic locus Aretæi mihi in memoriam producit proditam à Cœlio Rhodigino lib. 11. Antiq. lect. cap. 15. historiam insignem cujusdam nequissimi nebulonis, qui ut melius explicaret Venerem, sese flagris acerrimè cædendum præbebat. Ita impuro illi dolor occasio erat voluptatis atque incitamentum; & quod hîc dicitur, γαρφαλισμῶ & πένε doloris titillatione cupiditas optatum exitum consequebatur.

IV. 1. Καὶ εἰ ἔλκοις αὐτὸ] Lenti & viscosi humoris naturam graphicè exprimit: dum ejus, si trahatur, in majus filatim multitudinem deduci asserit. Philosophus autem in 4. de mistorum affectionibus, id quod viscosum est, catenæ complicatæ imagine declarat: cujus si unum anulum accipias, reliqui omnes ob mutuuum nexum (id enim ἐπάλλαξις sonat) sequuntur: πῖτον γὰρ γίνετ' τῇ ἐπαλλάξει, ὅσα ὡσπερ αἱ ἀλύσεις σύλχεντ' τ' σωμάτων.

IV. 3. Σπασμὸς καὶ τάρραχος τῶν αἰτίων ἔη] Tōn autēōn legito, cui conjecturæ meæ & Crassi versio adstipulatur.

IV. 5. Ἄφρον ἢ διποπύσσι] Duplicem spumæ causam efficientem tradit Galenus ad Aphorif. 43. *sect.* 2. motum vehementem, & calorem: materialem item duplicem, humorem, & spiritum; calorem quidem in apris excandescensibus spumam gignere; motum in comitialibus. Verba ita habent: ἐν μὲν τοῖς ἐπιληπτικαῖς σπασμοῖς ἢ συνλονία τῶν κινήσεων τῶν ἀφρον ἔωθε θυνᾶν, ἔπειτα ἢ τῶν κάπρων ἢ θεσμοσία. Quâ autem ratione prædictâ spumam generent, vide eo loco apud Galenum, de caducorum spumâ. Vide & Hippocratem lib. de Flatib. sub finem libri.

Ἦσπερ ἔπειτα τοῖσι μεγάλοισι πνεύμασι] Comitialium accessionem comparat cum tempestate: ut enim in hâc mare ventis jactatum spumescit, sic in illis corpus morbi vehementiâ concussum spumas ore ejectionat. Eodem spumæ marinæ exemplo utitur Galenus citato loco.

IV. 6. Ἡ θάλασσα τὴν ἄχνην] Ut mare per tempestatem ejectionat id, quod αἰλὶς ἄχνην vocant, maris florem & lanuginem, sic spumam comitiales. Hujus marini retrimenti meminit in tempestatis descriptione Homerus *Iliad.* δ. 422. At quibus versibus! non tempero mihi, quin eos adscribam: adeo sunt elegantes immo divini.

Ὦς δ' ἔτ' ἐν αἰγιαλῷ πολυηχεῖ κῆμα θαλάσσης.

Ὅρουτ' ἐπασσύτερον ζεφύρου ἰσσοκινήσαντες.

Πόνῳ μὲν τὰ πρῶτα κρούσει, αὐτὰρ ἔπειτα

Χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει, ἀμφὶ δὲ τ' ἄκρας.

Κυρτὸν ἐὼν κυρυφᾷται, διποπύσει δ' αἰλὶς ἄχνην.

Atque hîc quoque Aretæus ex Homeri picturis colores erasisse, quibus suum opus illustraret,prehenditur. Meminit αἰλὶς ἄχνης Dioscorides lib. 5. cap. 127. & spumosi maris lanuginem seu ramentum esse dicit, in exilibus petris inventum. Aristoteles lib. 9. hist. anim. ἀλοσάχνας unâ voce appellat.

Περὶ τετάνου.

IV. 13. Σπασμοὶ οἱ τέτανοι] Minus expressè hæc vertit Crassus: *Tetanis*

tani distensiones sunt, &c. Quod ita reddendum fuit; *Convulsiones distenta, vel distensoria, &c.* Est enim τέτανⓄ epithetum. Sicut apud Nicandrum in *Alexipharmacis* v. 464.

Ἄιμ' ἀναλύομεⓄ, τέτανόν τ' ἐσκληρότα ῥινόν.

Ubi ῥινόν τέτανον dicit, quod nos *pellem intentam*. Ex quo etiam apparet Hippocratem in aphorif. 57. sect. 4. minùs aptè disjunctiōne usum ὑπὸ πασμῶ (inquit) ἢ τετάνῃς ceu τέτανⓄ non esset πασμός. Quod & Galenus in commentario advertit. Proinde olim mihi venerat in mentem, scripsisse fortasse Hippocratem, ὑπὸ πασμῶ ἔ τετάνῃς, aut simpliciter πασμῶ τετάνῃς. Verùm cùm Galenus vulgatam lectiōnem agnoscat, & tueatur, eà quidem ratione; quòd τέτανⓄ ἐξαιρέτων peculiare est nomen; quoniam videlicet in eo partes non videntur convulsæ, ut in aliis speciebus, propterea quòd antè & retro æqualiter tenduntur; non est, quòd quicquam in illo aphorismo mutemus. Potiùs in Aretæo mutandus videatur articulus in disjunctivam sic; πασμοὶ ἢ τέτανοι: quòd constat Aretæum multa in hisce libris ab Hippocrate mutuatum, ac verbis etiam ipsius elocutum. Cæterùm & Cornelius Celsus scriptor elegantissimus Hippocratis imitator τέτανον ab spasmo distinguit; illum *rigorem* nervorum vertens, hunc *distensionem*. Tum & Cœlius Aurelianus separat, tametsi aliter voces Latinas Græcis accommodat. Nam πασμὸν *conductiōnem* vertit, τέτανον *distensionem* & *extensionem*.

IV. 13. Ὁξύτατοι ἢ κλεῖναι] Nempe intrà diem quartum ex aphorif. 6. sect. 5. Tamen Hippocratis sententià in 3. de morbis, prorogatur is terminus à tertio die ad quintum, ad septimum, aut decimum quartum: quem si excefferit æger, spes est, eum posse convalescere. Celsus lib. 4. cap. 3. *Neque tamen alius importunior morbus acutiōrve est, quàm qui quodam rigore nervorum, modò caput scapulis, modò mentum pectori adnectit, modò rectam & immobilem cervicem intendit.* Et paulò post de tribus convulsioni generibus: *ea (inquit) sæpe intrà quartum diem tollunt; si hunc evaserunt, sinè periculo sunt.*

IV. 14. Μυῶν ἢ ἐν γνάθοισι] Cœlius: *alii aiunt distensionem* (ita τέ-

ΤΑΝΟΥ

τανον vocat) esse tensionem musculorum secundum colla, atque buccas, quas Siagonitas vocant. Ipse sic definit: distensio sive extensio, quam, ut supra diximus, Tetanum Græci vocaverunt, est involuntaria tensio recto atque inflexibili porrecta cremento (alii libramento legunt; ego tormento) collorum (scribe colli musculorum) ob vehementem stricturam sive tumorem.

IV. 15. "Απαντα ἢ συμπαθεία τῆσι ἀρχῆσι.] Non solum partes principis, unde originem habent, sed & principia partibus consentiunt, ut nervi puncturæ cerebrum, sicut mox ipse Aretæus declarat. Idque συμπαθείας, hoc est, consensûs ratio indicat, quæ naturæ quâdam, ut ita dicam, continuatione inter res diversas existit. Verumtamen in iis, quæ ita conjuncta sunt, ut verum sit principium, alia ab illo principio descendant; multo facilius hæc, quæ descendant, principii rationibus consentiunt, quàm è contrâ. Non enim eo quod à principio exoritur, quocumque modo affecto, statim ipsum principium eam affectionem sentire necesse est: at sæpe vel minimâ principii mutatione, omnia, quæcunque ab eo dependent, variari, & in alium statum transferri contingit: Οἷον ἔοικαν ἀκαρκαῖον τι μεθισταμύς πολλῆ ἢ τὴ πρόρως γίνε) μετάστασις. Sicut clavo vel minimum quid detorto, magna proæ sequitur conversio, inquit Aristoteles in libro de animalium motione. Qui & hoc ipsum, quod dicimus, aliâ sententiâ confirmat in lib. de somno & vigiliâ. cap. 2. ἔ ἢ κυρία τὴ ἄλλων πάντων αἰσθητήριον, ἢ πρὸς ὃ σωλείνει τὰ ἄλλα, πεπονθότος τι, συμπάσχει ἀνακαῖον ἢ τὰ λοιπὰ πάντα. Eodem pertinet, quod ab eodem scriptum est lib. 5. de generat. anim. cap. 7. Ἄι ἢ ἀρχαὶ μεγάθη ἔσαι μικρὰ τῆ δυνάμει μεγάλαι εἰσί. Principia, cum sint mole exiguâ, potestate tamen ἔ viribus sunt magna.

IV. 17. Ἐε δὲ μὲν ὁ τέταν] Tetani ab aliis convulsionis speciebus discrimen notat: cum enim in illis corpus aut antroorsum aut retrorsum, unde nomina ἐμπροσθόνος, & ὀπισθόνος Græci indiderunt, flectatur; in tetano, recta & rigida est cervix; & ut mox ait, ἀσθενῆς ἀνθρώπου ἢ ἀκαμπῆς inflexibilis. Celsus de eodem; rectam ἔ immobilem cervicem intendit.

IV. 18. Ἐὼ τῆ τάσι καὶ τῷ χωρίῳ] A modo tensionis & parte corporis convulsionem nomen fortiuntur. A tensionis quidem modo ἐμ-
προσθό-

προσθέντες καὶ ὀπιόθροντες ; à parte affectâ τραβισμός, καὶ κωικὸς πασμός.

IV. 19. Ὀπιόθρονον καλέομεν] *Raptum posterganeum* vocat Cælius ; *pronum* verò *raptum*, quem Græci ἐμπροσθένον.

IV. 21. Τέντες ἢ νύκτων καὶ ἐντάσις ὄνομα] Eadem vox τόντες tensionem & nervum significat : quoniam nervus omnis intendi habilis. Proinde νύκτων & τόντες synonyma sunt apud Galenum, lib. de Motu Muscul. νύκτων ἢ καὶ τόντες. (inquit) ἐξ ἐκκεφάλου καὶ νωτιαίας φύεται. Etymon ὡσαύτῃ τὸ νύκτων καὶ τείνειν propterea quòd nervus flecti & intendi aptus naturâ est. Idem eodem loco : κέκληται ἢ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐνεργειῶν δεῖν ὀνόμασιν ἐν ὄργανον (νύκτων) ὅτι νύκτων καὶ τείνειν πέφυκεν.

IV. 25. Καὶ ἔπι ἀμβλώματι] Attici ἀμβλώσκων dicunt ἀντὶ τῶν ἀτελῶν γυνήτων, seu ἀποβάλλειν τὰ κνήματα, ut videre est apud Platonem in Theæteto : hoc est, imperfectum parere & conceptus perdere. Τὰ τε λοιπὰ ἐξήμβλωσαν διὰ πονηρὴν σωσσίαν, &c. Suprà etiam ἀμβλίσκων eodem sensu usurpat, in quo Mars. Ficinus strenuè hallucinatus est. De obstetricum facultate & officio ibi loquens Plato his verbis utitur : καὶ μὴ καὶ διδάσαι γε αἱ γυναῖκες φαρμάκων, καὶ ἐπάσχειν, δυνάμει ἐγείρειν τε τὰς ὠδύνας, καὶ μαλθακώτερας ὡς ἀνὰ βέλων ποιῆν, καὶ τίλειν τε δὴ τὰς δυσκόχους, καὶ εἰάν τις ἐν δόξῃ ἀμβλίσκων, ἀμβλίσκωσι. Quem locum ita vertit Marsilius : *quin etiam medelis & incantationibus obstetrices excitare, mollirève partus vexationes valent, & ægre parturientibus opitulari, fœtūque educere, & si intempestivum fore videatur, obtundere atque retrudere.* Igitur ἀμβλίσκων eo loco idem esse putat, quod reprimere atque, ut ipse loquitur, retrudere immaturum fœtum, ne ante tempus edatur. Quâ interpretatione nihil absurdius, aut à mente Platonis alienius dici potest. Neque enim author quisquam extat, qui sic eâ voce usus sit ; & liquet Platonem nihil aliud velle, quàm obstetricum eam esse industriam, ut & ægre parientes parere faciant ; & si visum sit immaturam prolem abortu perdere, id quoque moliantur. Neque enim Ethnicis abortus procurare nefarium habebatur : quando & iis jam in lucem editos exponere aut etiam interficere nefas non fuit.

IV. 32. Ἐνώθητες καὶ οἰκείον πάθος] Familiares pueris convulsiones, præsertim πῶς πρὸς τὸ ὀδοντοφυεῖν προσάγασσι, inquit Hippocrates aphor. 25. sect.

25. sect. 3. cui subscribit Galen. com. 2. in 1. Epid. *Ἰπιτηδειότατα ἢ τὰ παῖδια πασμοῖς ἀλίσκεαθ' διὰ τὴν ἀσθενεῖαν ἔνδραδης γῆρας.* Causæ autem duæ ab eodem traduntur. Com. ad 3. prognost. text. 36. cap. 8. Usus lactis præsertim crassioris in lactentibus: in aliis immoderata, & temere ingesta alimentorum copia.

V. 1. *Καὶ θανάτου ἢ φύσις*] Et hæc natura est mortis, putà frigiditas & siccitas. Intelligendum id *αἰτιατικῶς*, non *ὑπαρκτικῶς*: harum enim qualitatum excessus, causa fit mortis viventibus. Cæterùm mors ipsa mera vitalium actionum privatio est, non qualitas ulla.

V. 4. *Ἐρείδασι ἢ τὴν κάτω γῆραν*] Hippocrates de eodem, libro 3. de morbis: *αἱ γῆρες πεπήγασιν ὡς ξύλα, καὶ τὸ σῶμα διοίγειν ἔδειξάν*].

V. 5. *Ὡς μηδὲ μοχλοῖσι ἢ σφῶνι διὰ ῥηιδίως εἶσαι δυνάσθ'*] Hyperbaton est *διὰ ῥηιδίως εἶσαι* pro *διαεἶσαι ῥηιδίως*. In MS. Mentel. *ἢ σφῶνι νῆ δια ῥηιδίως εἶσαι* ceu esset legendum *ἢ σφῶνι νῆ δια ῥηιδίως εἶσαι*. Ita ut neque vestibus, neque cuneis insertis per Jovem maxilla facile diduci possint. Quam lectionem ineptam judico.

V. 7. *Ἡ ἐς τὰς ῥίνας ἀνακόπτει*] Hippoc. citato loco. *καὶ ὀκότεν ὑποθνήσκειν μέλλη, ἀνεμέει διὰ τῶν ῥινῶν καὶ τὸ πόμα, καὶ τὸ ῥόφημα, καὶ τὸ φλέγμα.*

V. 8. *Οὐ συμπίπτει*] Ideo deglutire non possunt, quia tonsillæ & fauces duræ & distentæ non cedunt iis, quæ devorantur. Haud absimili sensu Philosophus lib. 5. de generat. anim. de duritie arteriæ vocalis verba faciens, *ἢ σκληρότης ἀταμίωτον.*

V. 9. *Πρόσωπα ἐρυθρὰ*] MS. Mentel. *ἐρυθρῆ* al. *ἐρυθραῖ*, fortasse leg. *πρόσωπα ἐρυθραῖ* *facies rubescit*: nam & Hippocrat. citat. loc. *καὶ τὸ πρόσωπον ἐρυθραῖ.*

Ὀφθαλμοὶ μικρῶ δὲν ἀτενέες] De oculis hæc Hippocrates; *καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσι τε καὶ ἰλλαίνον*] i. e. Fœsio interprete; *oculi illacrymantur ἔ pervertuntur.* Aretæus *μόλις πειδινέμεροι.*

V. 12. *Ἐπ' ἄλλω δ' ἂν τι, καὶ τὰ ἄλλα*] Cuidam ex tetano aures motas, ait se observasse, & obstupuisse. Mox enim addit, *ἐγὼ ἢ ἐθελήμην καὶ ἐθώμαζον.* Ego verò non video, quod tantum miraculum fit, totâ facie convulsâ, ac variè distortis & concussis in eâ maxillis, aures unâ partium continuitate præter naturam concuti. Justior fuisset causa admirationis, si sponte moveri aures vidisset, quod nonnullis

nullis accidisse proditum est. Epicharmus apud Athenæum lib. 10. cap. 1. Herculem tuburcinantem describens movere aures dicit :

Σίζει ἢ ταῖς πίνεσσι, κινεῖ δ' ἕατα.

Ad quem locum Casaubonus notat à viris fide dignis se accepisse, visas manifestò aures moveri viro cuidam eruditissimo, cùm per Allobrogum fines transiens vivi-comburii periculum sibi à magistratu imminere intellexisset : quòd diceretur nefandi criminis reus Tolosà in Italiam fugere. Ex quibus circumstantiis conjectare licet, hunc virum eruditissimum, Muretum fuisse, quem constat Sodomiae accusatum flammam fugà evasisse, ut ei Scaliger exprobravit hòc disticho :

*Qui rigida flammam evaserat antè Tolosæ,
Rumetus fumos vendidit ille mihi.*

Miserat ei Muretus, quem transpositis literis Rumetum appellat, verus quosdam à se conscriptos pro antiquis: quod cùm Scaliger credidisset, postea re cognitâ, dolensque fucum sibi factum, hòc disticho se vindicavit. Sed & Eustathius ait, sacerdotem fuisse quendam, aures moventem. Et Caspar Hoffmannus, Com. in Galen. lib. 16. *de usu part.* unum & alterum, qui sponte aures moveret, se vidisse testatur. Quæ exempla faciunt, ut credam, haud poëticâ licentiâ (ut censet Casaubonus) sed ex rei veritate scripsisse Martialem lib. 6. Epig. 39.

*Hunc verò acuto capite & auribus longis,
Quæ sic moventur, ut solent asellorum,
Quis morionis filium neget Gyrtæ?*

Id ipsum & Flacci cognomen indicat, quod ab auribus flaccidis & mobilibus deductum fuisse existimat Cruquius ad Oden 15. Epod. Atque hanc aurium in nonnullis hominibus mobilitatem licèt veram fuisse, virorum doctissimorum testimonio, persuadear, tamen esse rarissimam, & præter naturæ institutum, credi par est. Nihil enim hæc sapiens Architecta temere agit. At frustra is motus aurium esset in hominibus, qui ob staturam erectam sonos ex omni parte facilè, licèt aures non moveant, excipiunt. In brutis se-

cus est; quæ, quia prono capite terram spectant, suspensiores & crebrò mobiles aures habere decuit, ut meliùs undique strepitus circumactæ excipiant. Sed præstat ipsum audire Naturæ Genium, id pronunciantem, lib. 2. de part. cap. 11. τὰ μὲν γὰρ τετράποδα ἀπηρη-
μῖα ἔχει τὰ ὦτα, καὶ ἄνωθεν τῶν ὀμμάτων, ὡς δόξειεν ἄν. σὺν ἔχει δὲ, ἀλλὰ φαί-
νεῖ, διὰ τὸ μὴ ἰσθᾶ εἶναι τὰ ζῶα, ἀλλὰ κύπτειν. ἔτω δὲ τὸ πλεῖστον κινεμῶν,
χερσίμα, μελεωρότερά τε ὄνια καὶ κινεμῶνα. δέχεῖ) γὰρ σφροδῶμα πάντοθεν τὰς ψέ-
φας μάλλον.

V. 13. 'Εγὼ δὲ ἐθαύμην καὶ ἐθαύμαζον] *Vidi, inquit, & admiratus sum.*
Hippocrates iisdem verbis utitur in historiâ γυναικὸς μεσοεργῆ, [lib. de
Naturâ Puer.] cùm illa semen utero suo saltu excussum videret, καί-
κείνη δὲ ἰδῶσα ἐθεήτο καὶ ἐθαύμασεν.

V. 19. Βρόχος ἐξέχει] *Scribe βρόγχος guttur:* apud eundem in The-
rap. unâ voce ἐξεχέβροχοι.

V. 20. 'Ρωχμὸς ἢ ἀναπνοή] *Respirando stertunt.* ῥωχμὸς enim stertor,
qui & ronchus appellatur.

V. 23. 'Ενανθίως γὰρ ἰγνύει] *Hæc ex iis, quæ præcedunt, exponenda
sunt: χεῖρες ἐν ἐκλάσει κατόπιν κεκλασμέναι manus in opisthotono retrorsum
flectuntur.* Subdit ἐνανθίως γὰρ ἰγνύει κακὸν τι κάμπτε), *contrario enim mo-
do popliti cubitus flectitur:* emenda igitur ἐνανθίως γὰρ ἰγνύει ἀκῶν τι
κάμπτε). Ita ἀκῶν lego, non κακὸν; idque sententia postulat. Nam
ἐπιωστόνκα formam describens ait; manus totas scilicet, prout brachi-
um, cubitum, & extremam manum comprehendunt, (quomodo vo-
cem χεῖρες Hippocrates & Galenus usurpant) manus (inquam) ait re-
trorsum sic convulsis inflexas infractâsque esse: nempe contra quàm
natura statuit; quoniam ἀκῶν cubitus contrariam in partem popliti
flectitur. Poples enim retro hominibus; brachia antrorsum flectun-
tur. Aristoteles brachia ad cavum; crura ad ambitum flecti ait,
quod idem est. Verba ejus sunt lib. de incessu anim. καὶ ὁ ἄνθρωπος
δ' αὐτὸς ἐνανθίως αὐτῷ τὰ σκέλη, καὶ τὰς βραχίονας (supple κάμπτε) τὰς μὲν γὰρ
ἐπὶ τὸ κεῖλον, τὰ δὲ γόνατα ἐπὶ τὴν πρὸς πρῶτον κάμπτε. Item lib. 2. hist.
anim. cap. 1. ὁ δ' ἄνθρωπος ἀμφὸς τὰς καμπὰς τῶν κῶλων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔχει
ἐξ ἐνανθίως: τὰς μὲν βραχίονας εἰς τὴν πρῶτον κάμπτε: πλεονεχὲν ἐκλαίσει)
ἐπὶ τὰ πλάγια τὰ ἐκτὸς, τὰ δὲ σκέλη εἰς τὴν πρῶτον. Id autem subdit Are-
tæus, ut affectûs vim & symptoma ostendat, cujus tormento brachia
retrorsum

retrosum adducantur, cùm hæc antrorsum flexuram poplitibusque contrariam habeant. Quædam hîc desiderari, certo certius indicat conjunctio causalis ϑ, ante quam de cruribus aliquid prolatum oportuit, cujus causam deinceps poneret. In margine codicis scriptum σκέλεα ξυγκεκαμμένα, quod non displicet. *Notandum est hæc in editione Turnebianâ (quâ usus est Petitus) desiderari.*

V. 25. Ῥάχης ἔλκει ἐς ἄθύ. Κορυφή] (*Juxta editionem Turneb.*) MS. Mentel. Ῥάχης ὅλη ἐς ἄθύ κορυφή. Deesse aliquid suspicor, & posse ita legi: Ῥάχης πρὶν ἐς ἄθύ, ὅλη κορυφή. *Spina, quæ prius recta erat, tota verticis instar prominet, hoc est, in rotundum curvatur. Quippe, ut paulò infrà dicit, contractione ad extremum perducta, εἰ πρὸς ἑνὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ σφαιροῦνται in arcûs & sphaeræ modum curvantur.*

V. 29. Ἀγαθὸν μὲν τῷ νοσέοντι ἐς πόνων-ἀπαλλαγῶ] Plinius: *nisi carenti doloribus vita ipsa pœna fit.*

V. 34. Ἐξάνθρωπος ἢ ξυμφορῆ] Inhumanam vocat, quæ figuram humanam corrumpit, ut homo non ampliùs videatur homo.

VI. 4. Τοῖσι ἐν κεκοσμημένοισι ἔκετι ἐλχειρέων] Juxta illud Cornel. Celsi: *Est prudentis hominis, primum eum, qui servari non potest, non attingere, ne videatur occidisse, quem fors ipsius peremit.* Est fanè eapropter tetani species insanabilis, quemadmodum dicitur & in cap. 32. Deuteron. v. 24. apud Clementem Alexand. lib. 11. pædag. cap. 8. τηκόμοροι λιμῶ καὶ βρώσει ὀρέων, καὶ ὀπιώσονται ἀνίατος. Quæ ultima verba desunt in vulgatâ Bibliorum versione.

VI. 4. Ξυμάθη μῆνον] Hippocrates initio libri περὶ φουσῶν: καὶ ἐπὶ ἀλλοτρήσει ξυμφορῆσι ἰδίας καρπῆται λύπας.

Περὶ Συνάγχης.

VI. 10. Ἡ μῆνον τῶν πνεύματων πάθος] Anginæ divisio à partibus affectis: alia est inflammatio *instrumentorum* respirationis (ita Aretæus ὀργάνων; rectiùs dixisset, πόνων meatuum) nempe tonsillarum, epiglottidis, faucium, columellæ, laryngis; alia ipsius πνεύματος *spiritus* affectio. In quo non mediocris est difficultas, quomodo spiritus, quem respirando trahimus & emittimus, morbi locus dicatur, aut omnino solus causa morbi statui possit. Quòd enim sedes morbi dici nequeat, ex morbi ipsius naturâ intelligitur; quæ cùm sit

prava *Διάθεσις*, actiones primò & per se lædens, non potest alibi con-
stitui, quàm in eo, quod actiones perficit. At solæ veræ partes cor-
poris actiones perficiunt. Jam aërem illum, quo inspirato vivimus,
nullam nostri esse partem, satis constat. Sed neque idem aër solus
causa rectè statuatur; quandoquidem is quantumvis pravè elicia-
tur, si tamen prædictæ partes incolumes manent, nunquam pro-
fectò angina excitabitur. Satis enim perspicuum est, causas istas ex-
ternas, quas Græci *προκαταρκτικὰς*, Celsus *evidentes* appellat, non posse
morbos parere, nisi quatenus causas internas morborum in corpo-
ribus nostris procreant, vel ipsos statim morbos partibus inferunt.
Quare absurdum videtur folius aëris affectum anginam parere. Ve-
rùm enimvero non ea est mens Aretæi, ut folius aëris vitium, nul-
lâ immutatione in organis factâ, anginam pariat: id solùm vult non
semper anginam sequi inflammationes partium, quæ in faucibus con-
tinentur, aut ipsarum faucium; sed interdum aërem teterrimis ex-
halationibus corruptum, cùm intrâ fauces trahitur, anginam conscif-
cere citra ullam corporis inflammationem, licèt aliam pravam dia-
thesim inflammationi analogam induci necesse sit: alioqui angina
non fieret, neque respirationi incommodaretur.

VI. 14. Πίμπλησι ἢ τὴν χάρην τῆς σόματος] In quibusdam anginâ af-
fectis linguam adeò intumescere notat, ut ore contineri non possit.
Quod sanè iis interdum accidere haud negandum est, tamen anginæ
signum dici non potest, quando citra hunc morbum lingua per se in
magnam excrescere molem visa est, ut de quodam sexagenario te-
statur Galenus lib. 14. Methodi Med. γλωττῆν γε μὴν ἔτιως ἐξαρθῆσαν εἶ-
δομεν, ὡς μὴ χωρεῖσθαι πρὸς τῆς σόματος τῆς ἀνθρώπου, &c.

VI. 15. Σωάτχη ἢ κωάτχη τὸδε καλεῖται] Vox *σωάτχη*, ut & sequens
conjunctio, videretur expungenda, ut quæ temere in hunc locum
scioli alicujus manu irrepsit. Nam cùm Aretæus *κωάτχη* ab eâ,
quæ *σωάτχη* simpliciter dicitur, palàm distinguat, ut infrâ apparebit,
ubi, quid sit *σωάτχη*, explicat; hîc autem de *κωάτχη* propriè dictâ
agat, in quâ lingua extra os prominet; non verisimile est, eum no-
mina utriusque speciei sub unâ parte divisionis posuisse. Sed for-
tasse scripserat Aretæus *υάτχη* ἢ *κωάτχη*: nam & fues, perinde &
canes, anginæ obnoxii; ut Plinius testatur lib. 8. cap. 51. Vox
κωάτχη extat apud Hippocrat. lib. 2. de morbis. VI. 16.

VI. 16. Ἡ τῷ ζῳήθει τῷ προσβολῆς] *Consuetum canibus, cūm æstuant ac sitiunt, linguam exerere.* Itaque Galenus irridentes exertā linguā, canum similitudine, explodit, lib. 5. cap. 7. Οἱ πλεῖστοι ἢ τῶν, ἐμπερικεῖ τε καὶ μεθοδικῶς γεγόνασιν, οἷς ἂν τις λέγοι διωκτὸν εἶναι, διὰ μόνης τῆς χροῆς ἐνίοτε διαγινῶναι τὸν πεπονητότα πίπον, ἀνοίξαντες τὸ σῶμα, τὴν ἀνάσχυλον αὐτῶν γλῶτταν, ὡσπερ τινα κυῖα λυτῶντα, τοῖς διαλεγομένοις ἀφισπῶσιν.

VI. 24. Καὶ ἡ ἐν Χαρωνίοισι αἱ πνίξιες] *Tὰ Χαρώνεια Græci appellant specus omnes, è quibus mortiferi halitus erumpunt.* Galenus τὰς ἐν τῷ Χάρωνι βαράθρους vocat lib. 7. de usu part. Plin. lib. 2. cap. 93. *Spiritus lethales alibi, aut scrobibus emissi, aut ipso loci situ mortiferi, alibi volucris tantum ut Soracte vicino urbi tractu; alibi præter hominem cæteris animantibus: nonnunquam & homini, ut in Sinuesano agro & Puteolano: spiracula vocant, alii Charoneas scrobes, mortiferum spiritum exhalantes.* Strabo locum ejus nominis designat, in 13. regionem scilicet in Phrygiā circa Hierapolim. Difficultas autem est, quā vi halitus illi subterranei anginam & suffocationem afferant. Erasistratus quidem existimabat iis halitibus spiritus nostros ita attenuari, ut in corpore contineri nequeant, sed statim præ nimia subtilitate evanescant. Verum eam opinionem convellit Galenus citato loco, & potius ejusmodi halituum qualitate alienæ ac venenosæ eam suffocandi vim adscribit; sed verba ipsa Galeni proponenda sunt. *Ἐρασίστρατος ἢ κληῖαθα δέον αἰτιάσαοθ ποιότητος οικειότητά τε καὶ ἀλλοτριότητα, λεπρότητα καὶ παχύτητα, οὐκ οἶδ' ἔπως, αἰτιάται ἔ πνύματα, οἰόμεθα δὲ πνύματα δια τῶν, τὰς τ' ἐν πῆς Χάρωνος βαράθροις, καὶ τὰς ἐν τῇ νεώσι κεχρησμένη οἰκία τιτάνθ καὶ ἐκ τινὸς ἀνθρώπων ἰσμῆς, καὶ τ' ἄλλων τ' ποιῶτων, ἀδιωατῆθ ἐν τῷ σώματι ἐγγεαθ τῶ πνύμαθ ὑπὸ λεπρότηθ. ἀμεινον δ' ἰὼ ὡσπερ τ' βρωμάτων οικεία μὲν ἢ τ' ὁσπερῶν τὲ καὶ λαχάνων, καὶ ἄρτα, καὶ τ' ἄλλων τ' ποιῶτων ἐσὶ ποιότης, ἀλλοτριὰ δ' ἦτε τ' κληῖαθ, καὶ ἢ τῶ λαγῶθ τῶ θαλατῆθ, καὶ ἢ τ' ἄλλων τῶν ποιῶτων, ἔτω νομίζειν ἀέρος εἶναι τινα ποιότητα τὴν μὲν οικείαν τε καὶ φίλιν, &c.* Sententia igitur Galeni est, harum tetRARUM exhalationum qualitate alienā corrumpi spiritus nativos, & ita animal statim exanimari. Quod autem addit de odore carbonum accensorum, exemplis variis confirmari potest: imprimis *Lucretii Catuli viri illustri*, quem testatur Plutarchus civili bello, quod
inter

inter Syllam & Marium exarsit, spe salutis sublatâ, in angusto con-
clavi vapore carbonum incluso sese exanimâsse: item duorum ho-
minum, qui, ut refert Amatus Lusitanus *Cent. 7. curat. 33.* in te-
studineâ camerâ noctu dormientes ob semi-accensos in foro relictos
carbones suffocati perierunt. Simili modo & Plinium naturalis hi-
storix conditorem periisse tradit ipsius nepos Cæcilius, cùm ad ob-
servandum Vesuvii incendium propiùs accessisset, vapore sulphuris
accensi faucibus ipsius inclusis.

VI. 26. Ἀπὸ γλώττης κυνὸς εἰσπνύσαντος μῆνον] Γλώσσω ponit ἀντὶ σί-
ματος, quia de cane rabido loquitur, qui linguam ore exsertam ha-
bere solet. Cæterùm ex his verbis colligitur, existimâsse Aretæum
solo afflatu rabientis canis rabiem contrahi posse; quod & scriptis
prodidit Aurelianus 3. Acut. cap. 9. quod tamen alii negant, fieri
posse, auctoritate Galeni, qui lib. 6. de loc. aff. cap. 5. solam rabidi
canis salivam, si in corpus humanum inciderit, rabiem excitare cen-
set. Καὶ ποσάυτη γε κτ' αὐτὸ γίγνετ' ἀφθορεὰ τῶν χυμῶν, ὥστε τὸ σίαλον αὐτῶν
μῆνον, ἀνθρώπινῳ σώματι προσωσόν, ἐργάζετ' λύτηαν. Maximè verò Fra-
castorius huic opinioni adversus deprehenditur: cùm, lib. 2. de mor-
bis contagiosis cap. 10. scribit eam pestem non concipi contactu om-
ni, non fomite, non ad distans; sed tum solum, quum morfu ca-
nis ita dilaceratur cutis, ut sanguis eliciatur, quòd ejus feminaria
crassa existant, quare multò minùs per afflatum rabies ex ejus fen-
tentiâ communicabitur. Quidam igitur omnino inficiantur, halitum
solum sufficere: & auctores id dicentes, Aretæum, & Aurelianium,
dicunt non simplicem halitum intellexisse, sed salivæ mistum. Ita
Jacobus Caranta decad. Medicophys. lib. 2. cap. 4. Verùm ista di-
stinctio nimis morosa mihi videtur, cùm nominibus potius, quàm
ipsis rebus inhæreat. Quid enim interest, salivam dicas, an halitum
è corpore animalis? Atqui halitum ex ore animalis prodeuntem ab
ipsius humore haud differre sciunt, qui, vapor quo pacto genere-
tur, non ignorant. Est enim vapor nihil aliud quàm humor aqueus
à calore in minimas particulas solutus atque rarefactus. Si ergo sa-
liva canis inficere potest, poterit & halitus emissus. Fracastorii opi-
nio, quæ negat nisi per apertam cutem venenum canis rabidi posse
intro-

introduci, omnino rejicienda est, cùm & Galeni auctoritati, & quod majus est, experientiæ adversetur.

VI. 29. Νῆσοι φαρμάκωσι δηλητηρίωσι ἵκελαι] Non solum morbos venenis deleteriis similes quosdam existere, sed & venena in nostris corporibus, occultis ex causis creari compluribus locis testatur Galenus, quæ singula exscribere nimis prolixæ operæ esset. Indicabo tantum; & digitum, quod aiunt, ad fontes intendam. Præcipua igitur petet studiosus lector ex lib. 6. de loc. affect. cap. 5. lib. de constitutione art. cap. 19. lib. 3. epid. com. 3. ægrot. 4. lib. 6. epid. com. 2. text. 38. & ejusdem com. 6. text. 5. lib. 1. prorrh. com. 2. text. 17. lib. de cibis boni & mali succi cap. 1. Sed & Averrois idem insinuare mihi videtur, cùm lib. 6. colligeti, cap. 1. scribit fieri posse, ut ex duobus hominibus eodem temperamento æquali præditis eademque victûs ratione utentibus, unus incolumis ad ultimam senectutem perveniat, & morte naturali solvatur; alter eos humores procreat, quorum pernicie præmaturâ morte extinguatur; quod accidere censet maleficio fixæ præparationis, quæ humores ad eam malignitatem occultè perducit. Fixam autem præparationem appellat accidentia materiæ propria ipsiusque concretionem sequentia. Reliqua ejusdem super hâc re altissimæ contemplationis dicta leguntur eo loco. Cæterum morbos illos venenis similes Fernelius in hunc modum recenset lib. 2. de abditis cap. 11. *Venenati morbi ex intus genito veneno hi fiunt; strangulatus uteri à putri semine ortus; morbus comitialis, cujuscumque sit ordinis; syncope ex putrescente grumo sanguinis subeunte veneni naturam; cordis quædam palpitatio; sphacelus ex septico humore; & alia cæca symptomata, quæ venenatus humor inferre consuevit.* Hæc ille vir incomparabilis.

VI. 31. "Ὅθεν ἔδ' ἀπεικὸς] Quod morbi nonnulli venenorum lethaliū perniciem æmulentur; ob id ait non absurdè quosdam existimâsse in illâ peste, quæ belli Peloponnesiaci tempore Atticam vastavit, venena clam à Peloponnesiis in puteos conjecta fuisse, cùm pestilentiæ & venenorum communis ratio nondum iis comperta esset.

Ibid. Μετεξέτερως δοκέειν ἐς τὰ φρέατα ἐν τῷ Πειραιεῖ] Ita Thucydides tradit lib. 2. καὶ τὸ πρῶτον ἐν τῷ Πειραιεῖ ἤψατο (supple λοιμὸς) τῶ ἀνθρώπων, ὡς καὶ

καὶ ἐλέχθη ὑπὸ αὐτῶν, ὡς οἱ Πελοποννήσιοι φάρμακα ἐσβεβλήκειεν ἐς τὰ φρέατα.

VII. 5. Ἄλλα καὶ ὑπὸ τῆς πνιγῆς στυδιωκόμοιο ἀμαυρῆν] Acerbi quidem dolores, sed qui suffocationis molestiâ & periculo obscurentur.

VII. 8. Οὐδὲν ἀφελέοντες] Nonnullis morbis febrem pro remedio esse, & si non sponte accedat, arte excitandam docet Hippocrates Aphorif. 57. sect. 4. ὑπὸ πνεύματι ἢ τετανία ἐνοχληθῆναι πυρετὸς ἐπιγνώμης λύει τὸ νόσημα. Item 2. Epid. sect. 5. καὶ λεχοῖς πνεύματι ἐπιγνώμη, πῶς ποιεῖ. Et lib. 1. de morbis. γυναικὶ ὑπὸ πνεύματι πνευμοῦ ἐκ τῆς πυρετὸν ἐπιγνώμης ἀγαθόν. Quin & rationem ipsius accendendæ tradit lib. de locis in homine. Similiter Celsus febres interdum debere accendi testatur lib. 3. cap. 9. *Sed est (inquit) circumspicere quoque hominis & novare interdum, & augere morbum, & febres accendere, quia curationem ubi id, quod est, non recipit, potest recipere id, quod futurum est.* Eadem igitur mente dictum ab Aretæo, febres lentas eum morbum nihil juvare, quasi acutiores aliquid auxilii afferre possent, incidendo humores illos crassos, qui fauces obsident, & morbi materiam absumendo. Verum illud animadvertendum est, non in quibuslibet morbis veteres febrem excitandam putasse, sed in convulsionibus & aliis ejusmodi à crassis & frigidis humoribus ortum habentibus: ex quo tamen non sequitur & in anginâ tutò accendi licet ea à crassis quoque humoribus pendeat. In hac enim urget maximè periculum suffocationis; quod procul dubio febris paulò intentior augeret; quippe quæ & aucto calore necessitatem augeret respirationis. Cùm autem angina non admittit fati aëris ad solitum usum respirationis, quid fiet, si febrilis ardor fecerit, ut æger majore copiâ aëris indigeat?

VII. 9. Ἀποσάσεις γίνονται ἐνθα καὶ ἐνθα παρ' ἑσ] Hippocrates sæpius τὰ παρ' ἑσ appellat, quas unâ voce alii παρωτίδας nuncupant: de quarum opportunitate ad anginas solvendas, hæc quoque Galeni verba accipi possunt lib. 3. de Crisibus, cap. 3. κύνισσι καὶ παρωτίδες ληθάργος τὸ καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ἀπανία. Alioqui magnis circa fauces doloribus tumores ad aurem excitari tradit Hippocrates in Coac. prænot. τὰ κατὰ φάρυγγα ἰσχυρὰ ἀλγήματα τὸ παρ' ἑσ ἔπαρμα καὶ πνεύματι ἐργάζεται.

VII. 17. Ἐν Φάρηκι ἔοντ' ἔκκακῶς] Malum intrò vergere, cùm in alijs inflammationibus, tum præcipuè in anginâ periculosum est. Id cùm accidit, *συνάγχην* vocari docet Aretæus. In quâ neque collum rubet, neque tonsillæ tumidæ apparent, neque lingua inflammationis particeps est, utpote inflammatione interiùs in penitissimas gutturis partes & pulmones conversâ: quod quanti sit periculi, nemo non intelligit.

VII. 18. Θνήσκουσι αὐτῆμαρ] Ex hac interiori anginâ ægrum ipso die intercipi testatur etiam Hippoc. prognost. Addit secundo idem, ac tertio, & quarto. Verba ipsius adscribere libet; Ἄι ἡ κωνάγχαι δεινότατ' ἔστιν ἐν τῇ φάρηγι, μηδὲν ἐκδηλον ποιεῖται, μήτε ἐν τῷ αὐχένι· πλεῖστον ἢ πῶνον παρέχεται καὶ ὀρθόπνοιαν. αὐταὶ γὰρ καὶ αὐθιμηρὸν ἀποπνίγεται, καὶ δευτεράϊαι, καὶ τρίται, καὶ τεταρτάϊαι.

Ἐσθ' ὅπη καὶ πρὸν καλέσασθαι τὸν ἰητρὸν] Transcripta hæc penè ad verbum ex præfat. Prognostic. Verba hæc Hipp. Ἐπειδὴ ἡ ἀνθρώποι ἀποθνήσκουσι, οἱ μὲν πρὸν καλέσαι τὸν ἰητρὸν, ὑπὸ ἰατροῦ τ' ἔσθαι· οἱ δὲ καὶ ἔσκαλεσάμενοι πρὸν καλέσασθαι ἔτελεύτησαν.

VII. 21. Ὡς συνάγχην ἀπὸ κωνάγχης γίγνεσθαι] (*Sic in Turneb. edit.*) Trajectio hæc verborum haud ex mente Aretæi est: bonus enim anginæ sævissimæ successus hæc describitur ex productâ scilicet ad exteriores partes inflammatione. At *συνάγχη* Aretæo illa est interior omnium teterrima, in quâ nihil extrâ conspicitur: *κωνάγχη*, quæ partes exteriores magis occupat, ita ut lingua, ut in canibus, extra os exerta appareat; ut initio capitis animadversum est. Quare ex sententiâ Aretæi ita disponenda verba sunt: Ὡς κωνάγχην ἀπὸ συνάγχης γίγνεσθαι. Interim notandum Hippocratem secus, quàm Aretæus fecit, nomen *κωνάγχης* accipere, nempe pro eâ quæ gravissima est; mitiorem autem *πρὸν κωνάγχην* appellare lib. 3. de morbis; nunquam autem *συνάγχης* vocabulo uti. Celsus quoque lib. 4. cap. 4. *συνάγχην* pro eâ anginâ accipit, quæ in profundo est: *Nostri* (inquit) *anginam vocant, apud Græcos nomen prout species est. Interdum enim neque rubor, neque tumor ullus apparet, sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra solvuntur; id συνάγχην vocant.* In definitionibus Medicis *συνάγχη* simpliciter dicitur angina, nusquam *κωνάγχη*.

VII. 27. Ὅσέων ἰχθύων ἀπαρσίεις] Herodico, dum prandit, spina piscis hæsit in gutture: qui nihilo fecius egressus in publicum, cum in quendam incidisset, magnaque voce cum ipso litigasset diu, inflammationem ejus partis contraxit, & deinde phthisin. Auctor Plutarchus.

Περὶ τῆς κίωνος κακῶν.

(Sic in Turneb. edit.) In titulo, pro κακῶν reperi παθῶν scriptum ad marginem mei libri ex M.S.

VII. 34. Ἐκκρεμὸν σῶμα] (Sic in Turneb. edit.) Ex notis ad oram libri ἐκκρεμῶς.

Κίωνος καὶ γαργαρεῶν] Lege κιονίς καὶ γαργαρεῶν, ut constet sibi Aretæus. Nam ipsam partem mox κιονίδα appellat, νεῦρον δὲ ἐστὶ ἡ κιονίς τῆς φύσιν. Sed & in titulo ita hanc vocem usurpat: κίωνος verò eidem, nomen morbi est, ut ipse indicat his verbis; κίωνος δὲ τὰδε εἰσὶ πάθη ἢ ἐπιπλοκαίσι. & infra ἐπὶ δὲ τῆς σαφυλῆς καὶ τῶν κίωνος δύσπνοια ἐπὶ μᾶλλον, & mox apertissimè γρηγοίσι ὁ κίωνος συνήθης. Sic visum ipsi vocibus abuti, nam Galenus κίονα appellat ipsam partem lib. II. de usu part. ἐνταῦθα χιόνος σῆμα κατὰ τε τὴν ὑπερῶν, καὶ τὸν κίονα. καλεῖται γὰρ ἔν τε καὶ ἔτιος ὁ γαργαρεῶν. Item Rufus, κίωνος καὶ γαργαρεῶν ἢ ἐκ τῆς ὑπερῶας πρίσφουσι. Est autem κίωνος seu gargareon caruncula oblonga palato extremo affixa & pendula, quam plectri vice voci efformandæ conferre existimant. Gordonus comparat digito fistulatoris. Eandem περιγορεῶνα appellari ab Aristophane in Equitibus putat scholiastes, quam tamen & λαιμὸν interpretatur quasi λαιμῶς & γαργαρεῶν idem valeant. Sed multò magis ibidem hallucinatur, cum ingluviem avium πρόλοπον dictam Aristoteli, & φάρυγγα, pro eodem accipit. Hæc enim verba ejus sunt; κυρίως δὲ ἡ τῆς ὀρνέων φάρυγγος, ἐν ἣ ἀγείρεται ἡ τροφή. Cæterum quatuor hæc uvulæ affectus describuntur, quibus hæc nomina à similitudine imposita sunt: κίωνος, σαφυλή, ἰμάνιον, κρέσπεδον; addit & quintum, sed innominatum.

VIII. 7. Ὅσον τι λέπεα πλατέα] (Sic in Turneb. edit.) Notæ manuscriptæ rescribunt λαίφεα, haud absurdè. Λαίφεα enim dicitur vestis, & propriè tenuis, vel etiam attrita & lacera, quæ significatio fatiis convenit huic loco. Sed & eadem voce utitur lib. 4. eodemque sensu de uteri vinculis loquens: πλατέες ὅπως νεῶς λαίφεα. Nec tamen est, cur

cur excusam lectionem sollicitemus, cùm vox λέπεια non minùs hìc quadret.

VIII. 7. Ἡ νυκτερίδων πτέρυγες] (*sic in Turneb. edit. sed est mendum Tyrograph.*) 1. πτέρυγες, bona comparatio; nam vesperilio *δερμίπτερος* Aristoteli lib. 1. hist. cap. 5.

VIII. 9. Οἷόν τι ἔραχόν κ' ἔπερας ἴχθυσσιν] Ουραχὸς unum est ex vasis foetūs umbilicis constituentibus, cujus hæc descriptio est apud Rufum: ὁ καλὸν ἔραχόν, ἀγλαῖον βραχὺ καὶ ἀμφίσομον διπλὸν ἔστω πύθονος ἔκφυσεως εἰς τὸ χορδὸν ἐμβάλλον; huic ergo vasi columellam in longum extenuatam comparat, si recta hæc lectio: verùm enimvero, cùm similitudines à rebus magis cognitissimis peti soleant; urachus autem res sit occulta, nec ita vulgò cognita; fit, ut suspicer, non ἔραχόν, sed ἔρι-αχόν legi debere. Significat autem id nomen ferrum acutum, quod imæ hastilis parti impactum est: quod cùm sit tenue & oblongum, huic vitio columellæ in tenuem & oblongam extremitatem desinentis aptius profectò quadrat, quàm istud vas nondum editorum infantium. Sed hæc, ut dixi, suspicio est & conjectura.

VIII. 10. Κράσπεδον τὴν ἐπιπυρρίδιον ἴχθυσσιν] Minùs aptè Crassus *κράσπεδον* hòc loco pedem montis interpretatus est: etsi enim ea vox pro inferiore montis parte accipi interdum solet; tamen & fimbriam sæpius significare constat, nempe filum in orà vestimenti: quam notionem huic loco congruere, alteram verò contrà ab eodem planè alienam esse & abhorrentem, nemo non videt.

VIII. 12. Ἡν δὲ δικρία] in notis *δικρία*. Sed nihil mutandum.

VIII. 23. Ἐπὶ δὲ τῇ σαφυλῇ ἔτι ἐρυθροῖσι] Hippocr. prognostic. οἱ ἰγὰρ γαρεῶνες ἰπικίνδινοι καὶ ἀποτάμνεαθ καὶ ἀποχάζεαθ, ἐστ' ἂν ἐρυθροῖ τε ἄσιν καὶ μεγάλοι & quæ sequuntur. Eò enim respexit Aretæus.

Περὶ τῆς καὶ τὰ παρὰ τὸν ἔλκων.

VIII. 29. Ἐλκεα ἐν τοῖσι παρὰ τὸν ἔλκων] Ita & Hippocrates appellat lib. περὶ ὀδοντοφύας, τὰ ἐν παρὰ τὸν ἔλκων. In libris autem Aphorismorum proprià voce ἀφθας vocat; unde verbum ἀφθαίω, & in lib. 2. de morbis, ἡν ἀφθήση ἢ σύμγξ ἔστω πύθονος. Ita & Aretæus ἀφθαι τὸνομα τοῖσι; *feruidum ulcus* vertit Cornarius.

VIII. 33. Ἡν δὲ καὶ ἐπίπαγος ἴχθυσσιν βιάθων] Ἐπίπαγον appellat humo-
E 2 rem

rem in summâ parte ulceris concretum, quem *μύκηλα fungum* vocat Hippocrates lib. 1. de morbis, de his ipsis ulceribus loquens: *καὶ ἄλλοτε ἐν τῷ σιάλω ἐμφαίνεται σκληρὰ, οἷον μύκης ἀφ' ἑλκεῶ.* Aretæus autem *ἐσχάρω* communi nomine appellat. Crusta enim ab ulceribus, dum exsiccantur, crassior excidens ita nuncupatur.

IX. 5. Καὶ ἐς χαλινῆς] Supple γλώσσης.

IX. 8. Ἦν δὲ ἐς τὸ θώρηκα νέμεται διὰ τὸ ἀσθησίης] Talem aphthæ modum vide apud Hippocr. citato lib. 2. de morbis: *ὡς ἀφθῆση ἢ σύεργξ τῶν δόμων* &c.

Καὶ αὐτῆμαρ ἀπέπνιξε] Moderandum ex Hippocrate citato loco; *ὡς μὴ θεραπείῃ.*

IX. 9. Οὐτε ἐλκείων, ἕτε ἰχώρων ἀνέχονται] De corde id quidem verum est; fecus de pulmone, qui exulceratus non subitâ sed lentâ morte ægrum conficit.

IX. 11. Αἰτίη μὲν ἐν τῷ ἔργῳ τῶν παροσμίων] Malè ἔργῳ pro ἑλκείῳ. Et si enim ἔργῳ variè interdum accipitur, ut pro pugnâ, apud Homerum Iliad. δ. v. 470.

— ἐπ' αὐτῷ δ' ἔργον ἐτύχθη
Ἄργαλέον Τρώων —

attamen hæc acceptio ab hõc loco aliena.

IX. 14. Ἐἰ δὲ καὶ τοῖσι ἐνδον τὶ συμβαίη πάθῃ] Tonfillarum partium oris internarum cum ventriculo, ventriculi cum ore, & thorace confensum, mutuus affectuum transitus indicat.

IX. 16. Διὰ τῶν παιδία μάλιστα πάσχει] Pueris familiaria hæc ulcera, maximè recens in lucem editis, ex Hippoc. aphorif. 24. sect. 3. Plura de hõc puerili affectu vide apud eundem libro περὶ ὀδοντοφύας.

IX. 17. Καὶ μεγάλα καὶ ψυχρὸν ἀναπνέει] (sic in Turneb. edit.) Scribe μέγα. Causas deinceps tradit; multi & frigidi aëris inspirationem, plus autem aëris respirant pueri, multis de causis. Primùm quidem ob caloris naturalis majorem copiam; nam iis integer ævi sanguis, hoc est, calor natus: quæ & ratio est, cur frequentiori per somnum utimur respiratione, quia per somnum calor intus collectus est (quod fusè in sententiâ Aristotel. exponit Philoponus ad 2. poster. analyt. ubi, quæ eadem sunt, problemata Philosophus docet).

Deinde propter ingluviem, frigidæ potum, vociferationes in irâ & ludo, quæ omnia plana sunt. Galenus in recens natis duas assignat causas, mollitiem interiorum oris partium, & lactis, quo aluntur, qualitatem: καλῶσι δὲ ἔτιως (ἄφθας) τὰς ἐπιπολῆς ἐλκώσεις, καὶ τὸ σῶμα, διὰ μαλακότηθα μάλιστα τῶν ὀργάνων γιγνομένης, μὴ φερόντων μήτε τὴ ἀφλῶ, μήτε τῶ ποιότηθα τῆ γάλακτος ἔχοντος ἐκ ὀλίγων ὀρρώδες ἐν αὐτῷ· ῥυπτικὸν δ' ἐστὶ τῆτο τῆ φύσιν, ὡς τ' ἐδὲν θαυμαστὸν ἐν μαλακοῖς σώμασιν ἐργάζεσθαι τινὰς ἐπιπολῆς ἐλκώσεις.

IX. 18. Καὶ ἐν ὀργῇ] Pueris duo imprimis adfunt, ingluviæ & iracundia. Aristoteles Sect. 10. Probl. διὸ πάντα τὰ ἡμέρα ἄγεμα γίνονται τὸ πρῶτον μᾶλλον, ἢ ἡμέρα· οἷον παιδίον, ἢ ἀνὴρ παμφάγον καὶ τῷ θυμῷ ζῶν.

IX. 20. Καὶ ἐς ἐδάδῳ ποικίλῃ] Ægyptiis multa gigni ejusmodi ulcera ob cœli intemperiem, & pravam victûs rationem testatur, quòd scilicet & nimio æstu torreantur, & variis pravi fucci eduliis utantur. Nam æstus immodicus corpora adurit, unde acrimonia & malignitas humorum, & varietas ciborum concoctioni obstat, juxta illud Aristotelis Sect. 1. Probl. ἡ ποικίλη τροφή, νοσώδης, ταραχώδης γὰρ καὶ ἐμία πέψις.

IX. 21. Πίζαι γὰρ καὶ βολάναι] Variis vescuntur radicibus Ægyptii, nempe raphanorum, alliorum, ceparum, imprimisque colocasiæ, quæ ipsis indigena est. Unde in libro Numer. cap. xi. vox Hebræorum: *Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem veniunt cucumeres, & pepones, porrique & cepæ, & allia.*

Καὶ λάχανα πολλὰ] Multa in Ægypto olera ob multam folis uliginem ab inundatione Nili, & assiduis irrigationibus, quibus agricolæ & hortulani incumbere necesse habent, ad vincendam regionis siccitatem; quæ alioqui sterilis esset: quo fit, ut oleribus quidem & fructibus abundant; verùm non ita bonis atque in aliis regionibus, ob copiam humoris, quo luxuriant. Ita Prosper Alpinus testatur lib. 1. de Medicinâ Ægyptiorum cap. 10. Brassicam tamen ab ipsis non edi, auctòr est Plinius, lib. 20. cap. 19. ob nimiam amaritudinem, quo contradicit Alpino: deberet enim illic minùs amara esse, cùm sit natura humiditatis, sapor diluere, atque obtundere; sicut siccitatis, augere præfertim amarum. Cæterùm præter olera multi alii sunt cibi non minùs insalubres, quibus Ægyptii utuntur, lentes, falsa-

famenta, caseus falitus, bubulæ carnes, atque asinorum, etiam camelorum: nam his vesci eos tradit Galenus, ob idque elephantiasi obnoxios effici, lib. 2. de curatione morborum ad Glauconem. Panem quoque è papyro confecisse, Æschylus indicat inducens Danam Regem Argivorum puellas, quas Argivis infensi Ægyptiæ eripere parabant, ita consolantem: βύβλας ἢ καρπὸς ἔκραται τὰ χυμῶ. ad quem locum scholiastes ait, ἐπεὶ παπυροφάγοι οἱ Ἀιγύπτιοι ἦσαν. Quæ omnia cum pravos & crassos humores generent, meritò aphthis & aliis morbis gravissimis obnoxiam eam gentem reddunt.

IX. 22. Καὶ ποτὸν παχὺ, ὕδωρ μὲν ὁ Νεῖλος.] Crassam aquam Nili non immeritò prædicat, nam & limosa est, neque admodum celeri cursu fertur. Multum præterea limi ex illis locis, unde oritur, & per quæ fertur, secum devehit; quod quippe omnibus magnis fluviis accidit, & de Euphrate testatur Callimachus hymno in Apollinem, v. 108.

Ἄουρὸς πηλοῦ μέγας ῥόος, ἀλλὰ τὰ πολλὰ
 Λύματα γῆς καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδασι συρφετὸν ἔλκει.

De Nilo autem maximè notum atque imprimis celebratum in sacris etiam literis Josue xiii. à fluvio turbido, qui irrigat Ægyptum usque ad terminos Accaron. Estque periphrasis Nili fluminis. Sed & Maro de Nilo in Georgicis, lib. 4. v. 291.

Et viridem Ægyptum nigrâ fecundat arenâ.

Galenus lib. 1. de simpl. fac. cap. 4. aquam Nili quadantenus compositam esse dicit.

Non tamen propterea necesse est, omnes Ægyptios citra exceptiones magis aphthis esse obnoxios, ut videtur velle Aretæus, neque enim omnes turbidam aquam bibunt: sed multi vasis fictilibus percolatam, ab omnibusque inquinamentis probè expurgatam, ut lib. 1. de simplic. med. facultatibus Galenus testatur, ita scribens; Ἐστὶ δὲ δὴπερ καὶ τὸ ἰλυώδες ὕδωρ σωθῆσον, ὡς καὶ τὸ Νεῖλος, καὶ κατ' Ἀιγύπτιον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν κεραιῶν ἀγλείων διηθείμερον ἀκρῶς γίνεσθαι καθαρὸν. Hoc est, Sanè verò ἡ aqua limosa est composita qualis Nili per Ægyptum. Veruntamen ἡ ipsa per vasa fictilia transcolata, exactè pura efficitur. Alium modum, quo nunc iidem utuntur, elutriandæ aquæ tradit idem Prosper citato loco, quem re-

ferre haud pigebit ipsius verbis ; *Aquam camelis in utribus è flumine domum asportatam in magno fœtili vase oblongo alvum latiore ac rotundum obtinente, binâsque aquæ amphoras continente, reponunt: eâque ibi repositâ & projectâ confertim, quinque dulcibus amygdalis modicè contusis labra vasis inungunt, & subitò manum cum amygdalis in pugnum obseratum conclusis, simul cum toto cubito in aquam demergunt, validèque hinc indè per aquam cubitum pugnumque impetuosè movent, atque agitant, donec ipsam longè multò turbidiorem reddiderint. Indèque e vase detractò brachio amygdalis intrâ aquam relictis, ipsam clarescieri sinunt, quæ spatio trium horarum probè clarescit : quam è magno illo vase in parvis fœtilibus rursus reponunt, in quibus & clarescit magis, & refrigeratur. Hæc ille. Idem Prosper Alpinus affirmat Nili aquam ita expurgatam, omnium esse tenuissimam, facillimèque in omnes corporis partes distribui, quòd longo illo tractu terrarum, quem peragit, antequam in Ægyptum perveniat (quippe è locis tropico brumali subjectis oriri dicitur) perfectè à sole excoquatur, atque ipso etiam motu attenuetur. Cui suffragatur Scaliger exercit. 48. scribens Nilum ob tenuitatem auram prorsus nullam exhalare ; causa est (inquit) in materiâ, quippe longo cursu exercitus attenuatur humor, ita ut ne sublatus quidem in aërem possit corpus capere. Ita aër auram exceptam sibi similem diffundi in se ipsum patitur ; neque cogit, ut consistat : ut non tam resolvat, quàm nullius indigam resolutionis secum habeat. Non ergo vera est sententia illa, si simpliciter de aquâ Nili accipiatur, quæ, ut dixi, suapte naturâ tenuissima est: sed de eâdem non defæcatâ, qualem vulgus bibit, cui nec vacat defæcare, nec ea suppetunt, quibus expurgetur.*

His accedat A. Hirtii testimonium in eo, quem edidit, libro de bello Alexandrino, qui Cæsaris Commentariis in eandem historiæ seriem adnexi sunt ; non parum etenim, quæ diximus, confirmat. Verba ipsa adscribam : *Alexandria est ferè tota suffossa, specúsque habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in privatas domus inducitur, quæ paulatim spatio temporis liquefcit, ac subsidit. Hæc uti domini edificiorum atque eorum familia consueverunt. Nam quæ flumine Nilo fertur, aded est limosa atque turbida, ut multos variòsque morbos efficiat. Sed eâ plebes & multitudo contenta est necessariò, quòd fons totâ urbe nullus est.*

IX. 22. Δρυμὸν δὲ τὸ διττὸ τῶν κερθίων] Zythum unâ voce appellat Dioscor. lib. 2. Æschyl. ἐκ κερθίων μέθυ appellat in Suppl. ἀλλ' ἄρσενάς τοι τῆσδε γῆς οἰκήτορας ἀθήσειτ' ἐπὶ πίνοντας ἐκ κερθίων μέθυ. Vide Herodotum.

Vox autem ζύθον nota est eâ significatione, quæ corruptè olim legebatur apud Strabonem lib. 16. his verbis: Ἀπαταμὸν ἢ χάρα (Ἀιγύπτῳ) αὐτὴ ἐκ ἔουινου, πλείω δεχομένη θάλατταν ἢ οἶνον, ὃν δὴ καλεῖσι Λιευκὸν· ἢ δὴ καὶ τῷ ζυγῷ τὸ πολὺ φύλον χρητὴ τῶν Ἀλεξανδρέων. Hermolaus autem in Coroll. ζύθῳ planâ conjecturâ legendum putat.

IX. 23. Καὶ τὸ τῶν βρυτέων πόμα] Quid sit βρύτειον vel βρύτιον vel βρύτον (ita enim nuncupatum legimus) Suidas declarat; βρύτια τὰ τῆς σαφυλῆς πίεσμαλα ἃ τινες σέμφυλα λέγουσιν, hoc est, qui ex uvis pressis super sunt vinacei. Quos flocces priscis Romanis appellatos fuisse docet Gellius in Noctibus Atticis (lib. 11. cap. 7.) Ex his genus potûs confici solebat, de quo Plinii verba accipienda sunt, lib. 14. cap. 10. *Non possunt jure dici vina, quæ Græci Deuteria appellant, Cato & nos loram, maceratis aquâ vinaceis; sed tamen inter vina operaria numerantur.* Horum genera tria ibidem recenset Plinius. Tradit tamen Athenæus lib. 10. cap. 13. βρύτον appellari vinum ex hordeo fictitium: Τὸν δὲ κερθιον οἶνον καὶ βρύτον τινὲς καλεῖσιν, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Τεμπόλῳ βρύτον δὲ τὸν χειρσαῖον ἐπιεῖν χαμαί.

Et paulò post ex Hecatæo, refert Pæonas bibere βρύτον διττὸ τῶν κερθίων: quibus ex verbis liquet βρύτον idem esse quod ζυθόν, seu οἶνον κερθιον, vel certè parum ab eo differre. Attamen & βρύτον ex vinaceis paratum fuisse, haud inficiandum est, quando & ex radicibus fieri tradit idem Athenæus ex Hellanico, cujus & verba hæc ponit: Πίνουσι δὲ βρύτον ἐκ τῶν ῥιζῶν, καθάπερ οἱ Θραῖκες ἐκ τῶν κερθίων: Ex quibus verbis colligitur, non unum fuisse modum parandi bryti.

IX. 24. Ἀιγύπτια καὶ Συριακὰ ἔλκη] Salmasius Βαβυλωνίαν ἔλκη, hoc est, Ægyptia (nam Βάβυλος urbs Ægypti est) interpretatur; quas vulgò variolas dicimus. Verùm ex hisce Aretæi verbis patet, hoc nomen fuisse pro aphthis significandis vulgò usurpatum. Licet haud negem variolas Βαβυλωνίαν ἔλκη rectè appellari; utpote quibus quotannis Ægyptii pueri infestentur, teste Prosp. Aspino. lib. 1. cap. 14.

IX. 27. Ἄσπειροι (sic in Turneb. edit.) ὡς μηδὲ ἑαυτέων τῶ ὀδυμῶ ἀν-
 ἔχεαζ] Lege ἄσπειροι ab ἄση, quod est *molestia, fastidium*: quo isti mi-
 feri afficiuntur ex tetro ulcerum odore.

IX. 32. Ὑπὸ δῆπορῆς αὔθις ἀνακλίνον] In Craffi Codice ad marginem
 ἀπειρῆς, sed nihil mutandum.

Ὁρθοσάδλω πείιασι] Qui ita ægrotant, ut lecto non detineantur, ὀρ-
 θοσάδλω ægrotare dicuntur Hippocrati passim in Epid.

IX. 33. Πόνω πόνον λύσαι θέλοντες] Locutio hæc sapit proverbium:
 sic apud Herodotum lib. 3. φιλοσιμῆ κῆμα σκαιὸν μὴ τὸ κακὸν τῷ κακῷ
 ἰῶ. Cæterum hōc loco disertè exprimitur ægri anxietas, quâ variè
 jaçtatur, nec in eodem statu usquam manere potest: quod Græcis
 ἀλύκη, ἀλυσμός, ἄση, ῥιπτασμός, βληκλισμός, ἀπορία, διαπόρημα dicitur.
 Quanquam non ægrotis tantum, sed & alioqui bene valentibus hæc
 inquietudo interdum accidit; maximè iis, qui inertī otio abundantes,
 quid agant, incerti hærent, fluctuântque. Plutarchus in Romulo;
 ὁ νεωκόρῳ τῷ Ηρακλέως ἀλύων, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ χολῆς, πρῆθετο πρὸς τὸν
 θεὸν Διακουβόειν. Item in Antonio; καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν, ὕπνου καὶ περιπά-
 τος ἀλύοντος, καὶ κραιπαλῶντος. Est & elegans ejusdem affectūs descriptio
 apud Lucretium lib. 3.

Περὶ Πλευρίτιδος.

X. 5. Ὑμῶ λεπτὸς κραταιὸς ὑπέσρω] Membranam intelligit, quam
 medici ὑπεζωκότα appellant, quod omnem thoracem succingat. Hanc
 esse tenuem & validam ait consentienter Erasistrato; qui apud Ga-
 lenum lib. 5. de loc. aff. cap. 2. ὑμῶ ὑπεζωκότα τὰς πλευρὰς, νεβρώδη τε καὶ
 ἰσχυρὸν, καὶ δυσδιαίρετον εἶναι testatur: quo magis mirari est, quomodo san-
 guis ab eâ inflammata transmitti in pulmonem possit, & per os expui.
 Cæterum risu digni sunt medici illi, sanè ἔχαλείνες, qui eam mem-
 branam nomine lateris aut costæ *pleuram* appellant; quo in errore &
 Henischi Aretæi commentator: licet is multò majus ludibrium
 debeat Latinè scientibus, cum *πλευρίτιν* à Latinis *morbum lateritium*
 appellari censet, oblitus aut ignarus vocis Augusti Cæsarī, qui glo-
 riabatur marmoream urbem se relinquere, quam lateritiam acce-
 pissēt.

X. 5. Ὑπεζωκῶς τῆνομα] Ita & Galeno absolutè ὑπεζωκῶς dicitur hæc membrana. Erasistratus tamen dixit ὑπεζωκῶτα τὰς πλωρῆς; citato loco.

X. 6. Ὡδε ἐπὶ φλεγμονῇ γίνη] Ὡδε illuc, id est, in eâ membranâ, cum inflammatio fuerit, Pleuritis morbus dicitur. Ita & Galenus pleuritin propriè dictam definit loco citato; ἀλλ' ἤγε ἀκροῦς πλωρῆς ἐν τῇ πρωτοπαθείᾳ ἔ' ὑπεζωκῶς γίνη].

Πῦρ ζὺν βηχί] Febris Pleuritidem comitatur necessariò, quia parum sedes affecta distat à corde, & cum panniculo ipsum involvente, ac septo transverso cognationem habet. Galenus lib. 5. de loc. aff. cap. 2. πυρετὸς ἢ πάντως ἔπε] ταῖς τοιαύταις φλεγμοναῖς, ὡς ἀν' ἐγὺς τῆ καρδία κειμένη ἔ' πάροντ' ἰόπε, καὶ συμφυῆς ὑπαρχέσης αὐτῆς τῷ χιτῶνι, καθάπερ γε καὶ ταῖς φρεσίν.

X. 7. Χρὴ δὲ ταῦτα ἀλλήλοισι ξωφδέα καὶ ζύμπνοια ἔμμεραι] In MS. χ. δ. ταῦτα πάντα; oportet, inquit, ea omnia symptomata, putà febrim, tussim, sputa varia, in unâ communi origine ac causâ convenire, atque conspici; nam si alia sit febris causa, alia tussis, alia sputorum, alia aliorum symptomatum, nullum erit argumentum Pleuritidis; ξωφδέα dixit dialysi Ionicâ pro ξωφδὰ, quod autem & ζύμπνοια (sic in Turneb. edit.) legitur, mendum arbitror pro ζύμπνοια. Eâdem usus voce Heraclitus, licet alio flexu, cum ait, σωμαΐας ἔλα, καὶ ἐχὶ ἔλα, συμφερόμερον, καὶ διαφερόμερον σωμαδὸν καὶ διαδόν, quam sententiam posuit auctor lib. de mundo ad Alexandrum, nam σωμαδὸν idem quod ξυμφδόν.

X. 8. Ὅκόσα ἢ τετέων ποροάδων ἄλλα (sic in Turneb. edit.) ὑπὸ ἄλλης αἰτίας] Quantumvis dicta symptomata in eodem tempore accidant, si tamen ab eâdem causâ non fluunt, sed alia alio ex capite ducuntur, minimè erit morbus ille πλωρῆς: cur? quia signa, quibus morbus aliquis apprehenditur, ab unius ejusdemque morbi ὑπαρξέει originem ducunt: exempli gratiâ, si dolor in latere fiat ob flatum eâ parte conclusum, tussis à frigore ambientis gignatur, febris à pravis humoribus intrâ venas putrescentibus, difficultas respirationis à quopiam peculiari pulmonum vitio; nequaquam Pleuritidem hæc symptomata indicare poterunt: quia non sunt ξυμφδὰ aut ζύμπνοια, sed ποροάδων singula à suâ causâ nascuntur, more eorum morborum, qui ποροάδες dicuntur, quòd singuli à causis propriis proveniant, quo differunt ab epidemiis, aut endemiis, quæ causas suæ generationis communes obtinent.

X. 10. Πόνος ὄξυς ἄχρη κληιδέων] Vide Galenum citato loco, & Hippoc. de victu in acutis.

X. 13. Ἀποτέταται ἡ ὀδύνη ἄχρη ἁπάσης ζωοφίης] Συνάφες Ionibus idem quod συνεχές, *continuum*, quod iisdem ὁμόχρον dicitur. Unde ὁμόχροια, compositum ex ἰμός & χροῖς, i. e. *superficies*. Quod igitur ita alteri est unitum, ut æqualis utriusque sit superficies, ὁμόχρον & συναφές dicitur, ut docet Nicolaus Vincentius Chirurgus, vel potius Jos. Scaliger epistolâ ad Naudinum Bersutiensem.

X. 14. Μέγξετέροισι ἢ καὶ ἐς νῶτα καὶ ἐς ὠμοπλάτω τῶ νῶτιαίω] Dolorem nonnullis ad scapulas usque extendi significat ob membranæ succingentis continuitatem, de quâ proximè dictum est. Sententia plana est, sed verborum contextus pravâ interpunctiōne paulum vitiatus. Excusi enim codices has voces ὠμοπλάτω νῶτιαίω virgulâ includunt, quasi νῶτιαίη epithetum sit τῆ ὠμοπλάτης. Quod fanè Crassus pravâ scriptione deceptus credidit, qui *dorsi scapulas* vertit, quasi verò alibi scapulæ quàm in dorso dicantur. Separare itaque oportet has voces, & post ὠμοπλάτω punctum aut comma pingere, tum νῶτιαίην jungere cum sequenti dictione πλωρεῖτιν, & posteriore extrito articulo (τῶ) ita legere, τῶ νῶτιαίω πλωρεῖτιν ἐκάλειον οἱ πρόθεν; ut fiat hæc sententia: nonnullis dolor ad dorsum & scapulas extenditur, quam Pleuritidem dorsalem vel doffuariam prisca appellabant. De νῶτιαία pleuritide verba sunt Hippoc. lib. 1. de morbis; ὀδυῖω τὸ παρεχθῆ ἐς τὸ ὤμων καὶ ἐς κληίδα καὶ ἐς τῶ μαχάλλω Διὰ τῶδε, & paucis interjectis; καὶ ἢ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ τὰ περὶ τὸν νῶτον χωρία διαθερμαίνε) ὑπὸ τῆ προσηρηγότητος ὑγρῆ πρὸς τῶ πλωρεῶ, φλέγματός τε καὶ χολῆς. Et lib. 3. de morbis, ἡ δὲ ἐς τὸν νῶτον πλωρεῖτις ποσόνδε διαφέρει τῶ άλλων, &c.

X. 17. Φλέγμα ἢ χολῶδες, ἢ διαίμων καλακορέως] Sputa in pleuritide educuntur, aut flava, aut sanguinea, aut spumosa & albida, aut nigra, prout bilis, aut sanguis, aut pituita, aut atra bilis dominantur, ut notat Galenus lib. 5. de loc. aff. cap. 2. & com. ad aphorif. 33. sect. 6.

X. 19. Κάκιον δὲ ἀπάντων, ὡς τὸ διαίμων ἐκλείπη] Et meritò; nam sanguis, omnium humorum mitissimus, quum plurimus adest, mitiores morbos facit; ubi alii humores superant, præsertim bilis flava aut nigra, sæviores ob eorum malitiam existant morbi necesse est. Optimum verò ex his sputum, quod ruboris quiddam ducit ex sanguine,

non autem valde sanguinolentum est. Hoc enim, teste Hippocrate Coac. cap. 16. text. 14. periculosum est; maximè si initio appareat. Idem Hippocrates biliosas & sanguineas pleuritides nono & undecimo die judicari, & maximè sanari ibidem affirmat.

X. 20. Καὶ ἐν τῇ κάταφορῇ παραφόροι] Delirii genus sopori admistum intelligit, qualia deliria Hippocrates in prorrhethico ἀσαφεῖς παρακρέσιος appellat, & phreniticis interdum accidere testatur lib. 3. Epid. Sect. 3. ita scribens; εἰδ' ἐξεμάνη τῶν φρενιτικῶν εἰδείς, ὡσπερ ἐπ' ἄλλοισι ἀλλ' ἄλλη τινὶ καταφορῇ κακῇ νωθρῇ βαρέως ἀπάλλωτο; ad quæ verba Galenus ita scribit, θαυμαστὸν ἐν, ἡθροισμῶν ἐν τῷ ζώματι χυμῶν ὠμῶν, ὡς τάγε διαχωρέματα τῶν ἐνδείξιν ἐποίησατο, κωματώδεις τε ἅμα καὶ παραφρονῆντας γενέσθ' κωματώδεις μὲν, διὰ τε τὸ πλεθρῶν, καὶ τῶν ψυχρότητα τῶν ὠμῶν χυμῶν παραφρονῆντας δὲ, διότι σηπόμενοι δερμύτητά τε καὶ θερμασίαν ἐγένων. i. nihil itaque mirum collectis in corpore crudis humoribus, que dejiciuntur, indicasse comatosos simul & desipientes fuisse: comatosos quidem propter tum multitudinem, tum frigiditatem crudorum humorum; desipientes verò, quòd putrescentes acrimoniam & caliditatem generarent.

X. 30. Αἰμορραγίη διὰ ρινῶν λάβρως] Pleuritidem, si rectè habeat, sanguinis è naribus fluxu indicari docet. Quod & Galenus testatur lib. 3. de Crisib. cap. 3. addens tamen, in hóc pleuritidem velut medium obtinere locum inter eos morbos, qui propriè hæmorrhagia finiuntur, qualis phrenitis est & causus; item inflammationes calidæ, & acutæ, quæcunque sub præcordiis fiunt; & alios, qui aliter indicantur, quo in numero sunt lethargus & peripneumonia, quos morbos non gaudere sanguinis fluxu Galenus ibidem docet: ἀλλὰ καὶ δι' αἰμορραγίας τε τὰς ἐκ ρινῶν ἐσιν ὅτε φρενίτις ἐκείνη βεβαίως ἐμὴν λήθαργος, ἢ πειπνωμονία χείρσιν αἰμορραγίαις ἐν μέσῳ αὐτῶν ἐσιν πλεθρῆτις ἤτιον μὲν γὰρ ἢ καὶ σπῆν καὶ φρενίτις, μᾶλλον δὲ ἢ πειπνωμονία καὶ λήθαργος αἰμορραγίαις λυθήσει].

XI. 2. Λεῖα, ἰμαλά, ὑγρὰ, σφρογύλα] Parum hæc cohærent ὑγρὰ, σφρογύλα; humida sputa, eadémque rotunda: à vehementi enim pulmonum ardore sputa exsiccata in rotundam figuram coguntur: unde delirii prænuntia dicuntur 6. Epid. sect. 3. τὰ σφρογυλόματα πύλαλα πύλακρησικὰ: quòd pulmonum fervorem sequantur, à quo fumi ad caput tolluntur;

tolluntur; sed & Prognostici sect. 2. cap. 10. text. 46. sputum rotundum damnatur; τὸ ἴδιον λεικόν, καὶ γλίχρον, καὶ σφογύλον, ἀλυσυτελές. Item in Coacis prænot. cap. 16. text. 13. Fortasse in codice Aretæi incuriâ librarii, aut alio casu excidit negativa particula; & legendum, ἔσφογύλα.

XI. 10. Ἡ ἐς ἔνθερον ἐκτραγῆ] Negotium habent medici in invenienda viâ, per quam pus è thorace in alvum atque intestina transfluat. Galenus lib. 6 de loc. affect. cap. 4. rarum esse hoc iter, sed tamen aliquando hoc contingere in raris quibusdam corporum constitutionibus testatur; in quibus venam concavam quodam vase intermedio portæ conjunctam fuisse, aliquando observatum est. Idem com. ad Aphorif. 30. sect. 7. transumi materiam purulentam in asperas pulmonis arterias atque indè cor delatam, mox aut per concavam ad gibba hepatis, indèque ad sima, & per portas demum in intestina, aut per aortam in eam arteriam, quæ mesenterium perreptat, deferri existimat. Alii, ut Marcellus Donatus hist. med. lib. 4. cap. 9. per venas septi transversi, quibus interdum propago venæ portæ uniatur. Quidquid sit, non esse hanc viam commodam aut tutam, satis constat ex Hippocrate, qui lethale censet, si pus empuicorum per alvum secedat; τοῖσι ἐμπυοῖσι τὸ πλωμόνα καὶ κοιλίῳ πύον ὑποχωρεῖν θανάσιμον: à quo tamen hōc loco dissentit Aretæus, eosque, quibus pus extrorsum inter costas vergat, aut in intestinum descendat, ut plurimum censet convalescere.

XI. 12. Χειμῶν μάλιτα πάντων] Pleuritides maximè hybernis temporibus fieri dixit quoque Hippocrates aphorif. 23. sect. 3. τὸ δὲ χειμῶν πλωρίτιδες. Galenus in commentario causam, quamobrem id ita accidat, censet, quòd frigore ambiente in pectus aër frigidissimus necessariò descendat; propterea quòd respirationis usu neque nobis interdicerè possumus, neque aliunde datur respirandi facultas. Aristoteles sect. 1. problem. 6 morbos acutos generatim magis per hyemem urgere ait, quòd eo tempore multum humoris superflui colligi soleat; hunc verò, postquam incaluerit, morbum acutum excitare, celeritèrque interficientem, quòd natura multum humorem non faciliè concoquat.

XI. 18. Ὅου γὰρ ἀν πάθοιεν ἐπὶ ἑμικρῇ φλεγμονῇ] (*sic in Turneb. edit.*)
 In manuscripto εἰ γὰρ ἀν πάθοιεν ἐπὶ ἑμικρῇ εἰδὲ ἑμικρῶ φλεγμονῶ.

In LIBRUM SECUNDUM
 DE
 ACUTORUM MORBORUM
 CAUSIS & SIGNIS.

XIII. 1. Περὶ Πνευμονίης.

Πνευμονίη vocat, quam trito vocabulo περιπνευμονίη infra appellat; hoc est, φλεγμονῶ & πνεύμονος, inflammationem pulmonis. Henischius Latinè pulmoniam & pulmonariam dici autumat, nec tamen hujus vocabuli auctorem ullum citat. Barbari fortasse ita nuncupent. Nam profectò apud idoneos scriptores eam vocem non reperio. Idem dicitur Aretæo, πνευμονίη & περιπνευμονίη. Peripneumoniæ meminit Aëtius lib. 2. de morbis acutis. Idem Henischius, quos Hippocrat. 6. Epid. sect. 4. sent. 4. πνευμονίης appellat, περιπνευμονίης interpretatur, Fœsiúmque aliter interpretantem castigat; cui illud Terentii congruit; *tute lepus es, & pulcramentum quæris.*

XIII. 4. Δυσὶσι πῖσι πρώτοις, τροφῇ καὶ πνεύματι] Animalium vitam duobus sustentari generatim asserit, alimento & respiratione: nam πνεύμα more Hippocratis pro respiratione ibi usurpat, ut mox ipse explicat. Videtur autem respexisse ad quendam locum Hippocratis, qui est initio libri περὶ φουσῶν, quo dicuntur corpora animalium tribus contineri, cibo, potu, spiritu. Hæc autem ejus verba sunt; τὰ γὰρ σώματα τῶν τε ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων, διὰ τρεῶν τροφῶν τρέφονται. ἔστι δὲ τῆσι τροφῆσι ταύτησι ταῦτα τὰ ὀνόματα, σίτα, ποτὰ, πνεύματα. Aretæus autem duo tantum dixit prima; nempe alimentum & spiritum: quia τροφῆς nomine potum comprehendit.

XIII. 5. Ἦν γὰρ ἐπίσχη τις ὡπτιῶν] Hippocrates eo loco; ἡ δὲ τις ἐπιλάβοι

λάβοι τὰς τῶ πνεύματος εἰς τὸ σῶμα διεξόδους, ἐν βραχεῖ μέρει ἡμέρης ἀπόλλοι-
το ἂν ὡς μεγίστης χρείης ἔσσης τῶ σώματι τῶ πνεύματος.

XIII. 6. Ἀρχὴ μὲν ῥῖνες] Hippocrat. * citato loco, ἀρχὴ τροφῆς πνεύ-
ματος, ῥῖνες &c. ubi & alias partes, per quas spiritus intrò fertur aut
excipitur, commemorat; minùs tamen distinctè earum usum decla-
rat, quàm Aretæus; nam omnes illas partes ἀρχῶν εἶναι dicit: Aretæ-
us, alias ἰδὸν, quasdam χώρην, ἔρυμα καὶ δοχλῶν.

XIII. 8. Πνεύμων ἢ καὶ τῶ αἰτίῳ ἴσχει τὴν ὀλκῆς] Videtur his verbis Are-
tæus inclinare, vel potius ire in sententiam Averrois, qui lib. 2. Col-
ligeti cap. 19. pulmonem vi propriâ moveri contendit, non ad motum
thoracis, ut Galenus existimavit; additum autem thoracis motum vo-
luntarium, ut, cùm magnæ inspirationis urgeret necessitas, pulmonis
operam suo subsidiario motu adjuvaret: neutrum igitur motum ab
altero dependere, sed utrumque sibi mutuas ad cordis refrigeratio-
nem operas tradere. Plura vid. apud Averroim.

XIII. 10. Ἡ καρδία ζωῆς καὶ ἀναπνοῆς ἀρχὴ] Ita Aristoteles lib. 3. de
partibus cap. 3. ὁ ἢ πνεύμων καὶ ἢ ἡ καρδία, καὶ περὶ ταύτων ἢ ἢ ἀναπνοῆς διὰ
τε τῶν (lege τῶν, supple πνεύμονα) καὶ διὰ τῶν ἀρχῶν, τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ
ἐνυπάρχουσαν.

XIII. 11. Ἐλκὴ ἢ καρδίᾳ] Hippoc. lib. de corde: ἔπειτα πάντων ἐν ἑλκί-
κιν. παρέθηκεν αὐτέῳ φύσας, καθάπερ ποῖσι χοάνοισιν οἱ χαλκῆες.

XIII. 12. Οὐκ εἰς μικρὰν τὴν θανάτου ἢ ἀμβολῆ] Dictum est Aristotelis
lib. 3 de part. cap. 4. μόνον ἢ τῶν ἀπλάγχμων, καὶ ὅλας τῶν ἐν σώματι μορίων, ἢ
καρδία χαλεπὸν πάθος ἔδεν ὑπομῆναι καὶ τῶν δόλων φθειρομένης καὶ ἀρ-
χῆς, ἔκ εἰς ἐξ ἢ ἴσχει ἂν βοήθεια ποῖς ἄλλοις ἐκ ταύτης ἠρημύοις. Plinius
lib. 11. cap. 37. Solum hoc viscerum vitiis non maceratur, nec sup-
plicia vitæ trahit, læsumque mortem illico affert: de gravi læsione
intelligi hæc debent, non de quacunque, & ita exponit Aretæus lib. 1.
Therap. ὀξέων παθῶν cap. de curat. phrenit. καρδίᾳ καὶ, ἢν πάθος μέζον τι
δεινὸν, ἔκοιτο ἀκέως. Plura de iis, quæ cordi accidunt, infrà ad caput
περὶ συκοπῆς. (Pro μικρὰν legitur μακρὸν in Oxon. edit.)

XIII. 18. Ἀπονῶν καὶ ἢ φύσις αὐτέων] Pulmonem sensu carere scripsit
& Galenus. Causam affert Aretæus, quia rara ejus instar lanæ substan-

* Hæc autem verba non ibi leguntur, sed in lib. περὶ τροφῆς.

tia, musculis & nervis caret, præterquam exiguis & tenuibus, qui ipsi ad motum inferti sunt. Recté. Vis enim in rarâ materiâ languescit, ut ignis in spiritu vini, & καλάμινον πῦρ ἀσθενέστερον διὰ τὸ ἕλης ἀσθενεῖαν, inquit Aristoteles. Sic & cerebrum, licet promus & diribitor omnis sensifici vigoris, tamen aut nullo modo, aut obtusè ipsum sentit, quia rariore est & glandulosâ consistentiâ; nervi acutissimè, quia modum substantiæ habent densiorem; è contrario verò hepar & ossa propter spissiore substantiam obtusissimè omnium sentiunt: medicris itaque consistentiæ esse debet id, quod sentiat, nec laxum nimis, aut densum; quòd illud spiritum animale diffundat, hoc penitus excludat.

XIII. 22. Ἀνακαθίνουσθ ἐθέλῃσιν] (Oxon. edit. θέλῃσιν) Malum id esse cùm in omnibus morbis acutis, tum maximè in peripneumoniâ testatur Hippocrates in prognost. ἀνακαθίζειν ἢ βέλεσθ τὸ νοσήσαντα, τὸ νόση ἀκμαζέσσης, πονηρὸν μὲρ ἐν πασὶ τοῖσι ὄξεσι νοσήμασι, κάκιστον ἢ ἐν τοῖσι περιπνευμονικοῖσι.

XIII. 23. Σχήμα ὄρθιον ἐς ἀναπνοήν] Unâ voce dicitur ὀρθόπνοια, cùm scilicet æger spirare non potest, nisi erecto corpore.

Τόδε γὰρ ῥήσιον τὸ σχημάτων] Cur hæc commodior sit figura, varias affert causas Galenus, in prognostic. quia ægris supinis jacentibus meatus gutturis extremus premitur, priore corpore in cervicis vertebra concidente; erectis autem meatus paululùm laxatur. Verùm hanc rationem meritò explodit Cæsalpinus, propterea quod musculi cervicis & laryngis motu voluntario moveri possunt in quacunque corporis positione; ex quo sequitur, non necessariò eos concidere supino ægroto, qui, licet conciderent, non tamen corpus cartilagosum ita comprimere possunt, ut meatum clauderent. Præterea quæ (inquit) concidentia aut pondus esse potest tenuium muscutorum, qui intrâ laryngem existunt, quorum quidem inflammatio gravissimam excitat anginam, cui orthopnœa accidit: magis probabile esset, musculos externos inflammatos concidendo angustiam facere, cùm sint majores, & tumorem manifestum habeant, quâ tamen in specie anginæ non fit orthopnœa. Idem Galenus com. 2. in 1. prorrhetic. credit, & verisimilius quidem, in situ cervicis recto, majorem fieri cavitatem asperæ arteriæ, omniumque ejus propaginum: quoniam
tunc

tunc viscera inferiora septum transversum non comprimunt, atque ita nihil thoracis spatium detrahunt, ut fit, cum æger supinus decumbit: & com. 2. ad 3. Epidem. sect. 4. eò conferre situm erectum censet, ut omnes thoracis muscoli superiores faciliùs moveantur; quòd cum septi transversi motus ad respirandum non sufficit, partes thoracis superiores attollere cogamur: quam sublimem respirationem vocat Hippocrates.

XIII. 23. Ἐρυθροὶ τὰ πρόσωπα] Pulmone inflammationem patiente acres vapores in vultum ob vicinitatem faciliè assurgunt: sanguinem attenuantes, cutisque meatus laxantes, rubore eundem suffundunt.

XIII. 24. Τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν λαμυράτα] Album oculorum iis nitidissimum est: quòd magnitudo caloris spiritus multos ad eam partem adducat, qui splendorem faciunt. Addit καὶ πύονα eodem sensu; non quòd pinguior fiat ea pars, sed quia majorem accipiat nitorem, & qualem pinguia habent.

XIII. 26. Σφυγμοὶ τὰ πρῶτα μεγάλοι, κενοὶ] Pulsus vacuos, ut quidem conjicio, appellat, qui non multum ob laxitatem arteriæ tangenti resistunt: venæ enim vacuæ cedunt tangenti, plenæ renixum habent. Pulsus inflammationibus pulmonum esse molles, & velut fluctuantes Galenus asserit in Isagoge pulsuum: ὁ ἢ περιπνευμονικῶν (σφυγμὸς) μέγας ἐστὶ καὶ κυματῶδες τι ἔχων, καὶ ἀμυδρὸς καὶ μαλακὸς ὁμοίως τῷ τῶν ληθαργικῶν, &c. molles autem fiunt ob humorum circa cor & pulmones copiam, quibus arteriæ humectantur.

XIII. 27. Θερμασίη ἢ μὲν ἐς τὸ ἔξω, ἀμυδρῆ, ὑγροτέρη] Vaporum copiâ, qui à parte inflammatâ continuè ad ambitum corporis feruntur.

XIII. 28. Δίψη] Non mirum sitire peripneumoniâ laborantes, quibus ferveant supra modum pulmones: nam & qui sanguinolentum habent pulmonem, φιλοπέτας esse notat Aristoteles sect. 27. probl. 4. quantò igitur magis, quibus hæc ipsa pars inflammationem patitur? Cæterum notandum est, quod ibidem Aristoteles tradit, non simpliciter potum appetere, qui morbo affliguntur, sed vinum insuper concupiscere: καὶ οἱ ἐν τῇ περιπνευμονίᾳ, καὶ οἱ μαινόμενοι, ἀμφότεροι ὀπιθυμῶσιν οἶνον. καίτοι τῶν μὲν διὰ τὴν θερμασίαν, θερμὸς ὁ πνεῦμων· τῷ ἢ διὰ τὴν ταραχὴν. Mirum fanè est, quibus tantum pulmo æstuet, vinum jucundum esse. Causam ibidem affert non minùs admirabilem; quia vinum sitim ma-

gis extinguat, quàm aqua: quam rem à se alibi declaratam scribit. Fortasse id accidit, quia vinum magis in membra penetrat ob spirituosam substantiam & calidam; penetrans verò meliùs exhaustam partium humiditatem reparat, atque ita magis sitim, ad tempus saltem, depellit; frigore etiam actuali.

XIII. 30. Ἡ δίαυμον ἀνθηρόν σφόδρα] Floridus est sanguis, qui è pulmone ejicitur; idem qui ἀφρώδης ab Hippocrate appellatur Aphorism. 13. sect. 5. Galenus in Commentario ait, se in palæstris ab iis, qui prostrati adversario pectori superincumbente fuissent, vidisse sanguinem tussi ejici *δυσχρότατον coloratissimum*.

XIII. 31. Τόδε ἐστὶ τὸ δίαυμον τῶν ἄλλων κάκιον] Sic & Hippocrates in Coac. αἱματῶδες ἢ λίλυ ἢ πέλιον δΐθέως ἐν ἀρχῇ, κινδιωῶδες. Sed τὸ δίαυμον intelligit ἀνθηρόν, de quo proximè, floridum sanguinem, qui cùm è pulmone ejicitur, semper periculum minatur.

XIII. 33. Παράληροι τὴν γνώμην, ἐκστατικοὶ ἔ μάλα] Quicquid pristinum mutat statum, ἐξίστασθαι dicitur Aristoteli & Theophrasto. Unde physic. 4. μετὰβολὴ πᾶσα φύσει ἐκστατικὸν (quæ propria & maximè communis significatio hujus verbi) demum ad mentem translata hæc vox, cùm aberrat & alienatur, quod *de statu mentis dejici* vocat Cicero: differre verò ἐκστασιν à simplici delirio, quod παραφορὰ, & παράκρησις, vel λῆρη, unde παράληροι dicuntur, ex hóc Aretæi loco perspicuum est. Hoc autem differre videtur ἐκστασις à delirio, quòd hæc major mentis perturbatio est, quæ insania & furor dicitur, ut ex variis Hippocratis locis colligi potest: in Coac. οἱ ἐκσάντες ὄξεως ἐπιπυρέξαντες, φρενῆτικοὶ γίνονται: φρενῆτις furor propriè dicatur. Idem; οἱ ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶς, τρομάδες γινόμενοι, καὶ πῆλυαλίζοντες, ἢ ῥά γε φρενῆτικοί. ergo ἐκστασις vehemens est dementia & ferox; qualem atra bilis incensa, aut phrenitis excitat. Idque etiam autoritate Aristotelis confirmari potest, qui 2. de part. anim. ait, animalia, quorum sanguis fibris multis & crassis plenus, θυμώδη ἐστὶ τὸ ἦθος καὶ ἐκστατικὰ διὰ τὸν θυμόν. Et Demosthenis orat. περὶ πρῶταπρεσβείας, de muliere Olynthià ab Æschine pulsatâ, ἐξω ἢ αὐτῆς ἕσα ὑπὸ τῷ κακῷ καὶ παράγματος ἢ γνώμῃ. Idem Aristoteles adhuc manifestiùs hanc differentiam insinuat, cùm sect. 30. probl. 1. scribit ἐκσάσις fieri, cùm bilis atra incenditur; ἐὰν ἢ ὑπερθερμανθῇ, τὰς μετ' αὐτῆς θυμίας καὶ ἐκσάσις.

XIV. 2. Ἄκρη (sic Turneb. edit.) ψυχρῶ] MS. ἄκρηα, quod magis Ionicum est.

XIV. 5. Αἱμαρραγίη λάβρωσ ἐκ ῥινῶν] Superiùs capite περὶ πλωρίτιδος, iisdem propè verbis; ὡς ἔστι ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν τραπίη, αἱμορραγίη διὰ ῥινῶν λάβρωσ. Vid. quæ ad eum locum notamus.

XIV. 6. Κοιλίη (sic Turneb. edit.) ἐκτάραξις] κοιλίης.

Ἐπάφρων, οἷα δοκίειν διὰ πνεύμονα] Spumosa esse, quæ à pulmone prodeunt, consentaneum est, quia pulmonis substantia laxa, velut spuma est: debent autem, quæ ab aliquâ parte prodeunt, naturam ejus quodam modo repræsentare. Quare & spumofum sanguinem prodire à pulmone dixit Hippocrates aphorism. 13. sect. 5.

XIV. 10. Ἡ μετάστασις διὰ τῶν πλωρίων] Legerem ἢ μεταστάσει, hęc sensu; quibusdam multum puris in pulmone colligitur, cùm ex lateris inflammatione sequitur abscessus, transitque materia in pulmonem: quanquam hoc parum ad peripneumoniam attinet; de quâ hęc fermorem instituit. Nam si ex pleuritide fiat abscessus in latere, eoque rupto, materia purulenta in pulmones & bronchia perveniat, sputis vacuanda; non continuò efficitur peripneumonia; nam aut pus excernetur, & sic in totum liberabitur homo, aut in pulmone consistet, moramque trahet ob crassitiem & alia impedimenta: quo casu nec inflammatio pulmonum sequetur, sed aut suffocatio, si magnus fuerit abscessus, aut ulcus, & ulceris soboles, phthoe, ut deinceps tradit. Quare hic locus difficilis videtur ad explicandum, & omnino mihi negotium faceffit.

XIV. 11. Κἢν μὲν ἐς ἔντερον] Si (inquit) pus à latere in intestinum, aut vesicam deductum fuerit, statim à pulmonis inflammatione convalescunt. Hęc verba quam vim habeant, non video; nisi quòd Aretæus πλωρίτιδα & πνευμονίαν promiscuè & indiscriminatim hęc accipiat. Planè hic locus multam ἀπορίαν & ἀλογισίαν præ se fert: expediant, qui se omnia hujus auctoris perspectissima, atque in numerato habere jactant.

Περὶ αἵματός ἀναγωγῆς.

XIV. 21. Αἱματός φορῆς τῶν διὰ στόματός] Quæcunque sanguinis per os fuerit excretio, sive à capite, sive à pulmone, arteriâ, membranâ

ſuccingente, & aliis partibus internis, ſimpliciter φορῶ τὴν διὰ σώματος appellat: mox tamen propriè uſurpat pro eâ ſanguinis excretionem, quæ ab ipſo ore ſeu partibus ore contentis duntaxat procedit.

XIV. 22. Ὀδὸς ἣ ὑπερῶη] Ὑπερῶη, & ὑπερῶος palatum Ionicè dicitur. Vocis origo ῶον, id eſt, *ſuperior domûs pars* in lingua Lacedæmoniorum, ut notat Euſt. ῶον autem per contractionem ab ὠιον. ἐκάλειν δὲ καὶ τὰ νῦν τῶ οἰκιῶν παρ' ἡμῖν καλέμεθα ὑπερῶα ὠία, inquit Athen. ex Clearcho; additque ex eodem Helenam, quod in ὠιοῖς nata atque educata fuiſſet, anſam præbuiſſe fabulatoribus fingendi, quod ipſa ex ovo genita eſſet; τὴν Ἐλένην φάσκων ἐν τοῖς οἰκήματι τερεφομένην, δόξαν ἀπεινεῖν καὶ πολλοῖς ὡς ἐξ ὠῶ εἶν γεγενημένη.

XIV. 23. Ἀρχαὶ σομάχου] Œſophagi, qui veteribus σώμαχος.

XIV. 24. Ὡς τῆ γε διὰ σώματος] Supple φορῆν τῶ αἵματι, ubi propriè & ſpecialiter, ut monui, ſanguinis per os excretionem uſurpat, additque hanc ἐμπύσιν nuncupari.

XIV. 25. Ἐπὶ δὲ μάλλον ἢν βραχέη τῶ αἵματος καὶ τῶ σάγγδι, καὶ ἀθρόον διὰ τῆ κεφαλῆς, ἢ διὰ τῶ σώματος] Pro ἧν δὲ legendum ἐπειδὴ, ex notis MS. Mentel. pro καὶ ἀθρόον, emendo, ἢ καὶ *vel etiam*; poſt τῶ σάγγδι, virgula notetur, ut iſtud adverbium cum voce βραχέη jungatur ſic: ὡς βραχέη τῶ αἵματι καὶ τῶ σάγγδι. Supple φορῆν cui lectioni congruit Junii verſio.

XIV. 30. Τυχέης (ſic Turneb. edit.) ἀρτηρίας] Scribe τριχέης.

Ἄλλ' ἀναγωγὴ καλέετ] Diſtinguit ἀναγωγὴν τῶ αἵματι, διὰ τῶ πύσι, ἢ αἱμορραγίης à ſpuitione vel ſanguinis eruptione; quod propriè ἀναγωγὴ dicatur, quum ſanguis è thorace & partibus eo contentis, pulmone, aſperâ arteriâ & partibus aliis internis ſurſum per os fertur: idque nomen ipſum indicat, compoſitum ex ἄνω, quod eſt *ſurſum*, & ἀγωγή. Τῆς ἄνω (inquit) ἵξι τῶ ὀδῶ τῆνομα ἔχουσα. πύσις verò eſt, cùm ſanguis ab ore; αἱμορραγίη, cùm undecumque procedit. Ex quo patet, errâſſe Hoffmannum, qui lib. 5. var. lect. cap. 22. Dioſcoridis hunc locum de facultate amygdalarum explicans, καὶ πρὸς αἵματι ἀναγωγὴν μὲν ἀμύγδα λαμβανόμεθα, contendit αἵματι ἀναγωγὴν ibi accipi pro ſanguinis fluxu præter naturam, quocumque & per quaſcunque partes eat; ad quam expoſitionem probandam, argumento hęc grammatico utitur. Si ἀναγωγὴ τῶ νεῶν rectè exponitur ἐκπλες, cur ἀναγωγὴ

γῆ ἔ̄ αἵματ̄ non rectè exponatur ἐκροῆ ἔ̄ αἵματ̄. quasi verò analogia semper de ejusmodi locutionibus decernat, ac non potiùs usus veterum scriptorum, qui nobis linguas illas constituerunt, atque reliquerunt.

XV. 1. Σημεῖα δ' ἀμφοῖν] Πτύσει καὶ ἀναγωγῇ.

XV. 3. Πολλὰ καὶ Ἰπικαιρα] Junius vertit *periculosa*, vel *periculum indicantia*, non satis commodè & expressè. Ego potiùs verterim, *præcipua* & *magni momenti*; nam & partes corporis, quæ ad vitam magis conferunt, Ἰπικαιρα μόρια passim apud medicos dicuntur.

XV. 5. Βάρ̄ αὐτέοισι] Aut deest, aut subaudienda vox κεφαλῆς, ut contextus indicat: nam hinc signa sanguinis à capite prodeuntis tradit. Junius *caput grave est*, &c.

XV. 6. Φλεβῶν Διατάσεις] (*sic Turneb. edit.*) scribe Διατάσεις, ut supra pag. 2. lin. 1. Φλεβῶν ἔ̄ ἐν τῷ τραχήλῳ πληρώσεις καὶ Διατάσεις.

XV. 7. Ἐγκαύσεις] A sole caput feriente. Nam ex hac causâ sanguis in vasis capitis tenuatur, & ad fluxum impellitur; unde ingentes sæpe hæmorrhagiæ: quod ipse in æstivâ peregrinatione expertus, testari possum.

XV. 9. Πτύσεις] Supple αἵματ̄.

Ἐξ ἀραιώσι] Nempe vasorum capitis.

Ἰχνηταί (*sic in Turneb. edit.*) ὡς ἐν τῷ ῥινῶν] Alii ἰχέει), lege ἰχέει). *Sistitur consuetus narium fluxus*; & ad palatum vertitur.

XV. 12. Θυμὸς ἐγγίνε] Junius; *Indè irascuntur*: sed toto cœlo aberrat. Θυμὸς hinc non *ira*, sed *cupiditas tussendi*, ὄρμη, ἐρεθισμός. Θυμὸς Græcis vox æquivoca est: sæpius *ira*, interdum tamen apud medicos impetus tussendi ita appellatur. Hippocrates in prognost. καὶ ἰδρωῶτες πολλοὶ Ἰπικαίνον), Βῆχες τε καὶ θυμὸς ἐγγίνε) αὐτέοισι. Galen. in com. ἀλλὰ καὶ βῆχει, φησὶ, θυμὸς αὐτοῖς γίνε), τρεῖσι, προθυμία.

XV. 21. Καὶ τὸδε τὸ τέκμαρ ἔ̄ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς πτύσει] Si nimirum, qui expuitur sanguis, niger sit, lævis, æquabilis, sincerus; si screantibus statim in linguam ducatur rotundus, faciléque procedens; si palatum inspicienti sordidum, ulcerosum, & subcruentum appareat: si frigidis & adstringentibus medicamentis simplicibus curetur, calidis & rarefacientibus magis provocetur.

XV. 24. Μελέτη μὲν ἐγγίνε] τῆ φορῆ] *Dispositio, preparatio, exercitatio.*

XV. 26. Βήσασσι ἀντὶ τῆ χεῖμψι] Βῆξ & χεῖμψι eo differunt, quod illa est è pectore cum motu thoracis; hæc verò è faucibus duntaxat.

Τὸν τεύθεν ἢ φορῆς γίνε] ἢ ἀρχή] Φθορῆς habent notæ MS. Rectiùs fortasse φθόης: ita enim φθίσιν nuncupari ex Galeno didicimus: & ipse Aretæus hanc vocem infrà eodem capite usurpat, φθινοπώρω ἢ ὡς ἐπίπαν ρηϊδίως φθόαι γίνον]; eà voce etiam utitur Aristoteles sect. 1. probl. 10. Sed & res ipsa ita legendum suadet. Nam ex asperæ arteriæ exulcerationibus, φθόλω, hoc est, tabem adduci, nisi citiùs curentur, certissimum est. Vox verò φθορὰ, generalior est, & quamcunque corruptionem significat. (*Οκρον. Edit. φθορῆς.*)

XV. 30. Παχέης ἀρτηρίας] Græci unâ voce ἀόρτω appellat.

XV. 35. Ὅυε ἢ ἀλθεξίς μακρὴ καὶ ποικίλη] Id est ζώθετ]. Ita enim Aretæus solet ποικίλω pro ζώθετον dicere. Hæmoptysis, quæ à gulâ, aut ventriculo fertur, non eget medicamentis compositis; quia unus scopus est venam in gulâ apertam stringere: ad id verò solum sufficit medicamentum adstringens. Vide scopos compositionis medicamentorum apud Galen.

XVI. 2. Κατ' ἴξιν τῆ σπλάγχνου] Ἰξίς, Ionica vox, quæ directionem & tractum significat πρὸς τὸ ἰκέσθ; unde ἴξιν Galenus Ὀδυωρίαν vocat, magis trito vocabulo. Vide Scaligerum, com. in Hippoc. de insomniis. Ab hepate sanguis κατ' ἴξιν, per narem dextram profluit, à liene per sinistram; non propter rectitudinem villorum, quæ in venis apparent, sed ratione sitûs, quo dextra dextris, sinistra sinistris respondent.

XVI. 12. Τὰ ἀμπέχοντα ὑμῖνα] Vasorum scilicet.

XVI. 13. Ὅυε ἀφρόνη] *Neque subita*, supple, φορῆ, aut ἀναγωγή.

XVI. 14. Ἦν ἢ πολλὸν αἰλιθὲν ἐν κοίλῃ χώρῃ αὔθις ἀνάγη] Et si vox αἰλιθὲν non est absurda, malim tamen legere αἰλιθὲν collectum; non enim de morâ sanguinis collecti in pulmone, sed de ipsâ coacervatione agitur; ex quâ fit, ut copiosior sanguis feratur. Quod autem hæc sit sententia hujus loci, sequentia hæc verba indicant; πλεῖον δὲ τῶ πλείθει, ὡς δὲ τὸ ἀφροίσι]. Quod enim major sanguinis copia erumpat, non mora ipsius sanguinis, sed collectio, congregatioque efficit.

Ἐν κοίλῃ χώρῃ] In aliquo spatio extra vasa.

XVI. 21. Καὶ ἀπερράγη τὰ ἀγλαῖα] Debent hæc puncto includi. (*Punctum abest in Turneb. edit.*)

XVI. 26. Καὶ τὸ τραῦμα ἔσφυζεν (sic in Turneb. edit.) τῆ πολυκινησίῃ] notæ MS. ἔσφυζει: vulnus arteriæ ob multam ipsius motionem non coalescit.

XVI. 28. Ἀλθεξίς ἧ, ἣν μὲν δὸπὸ Διφθώσι, κακὸν] (*Sic in Turneb. edit.*) notæ MS. μακρῆ; ita etiam legisse Junium versio indicat.

XVI. 34. Ἀπὸ στομάχου] *A gulâ.*

XVII. 6. Ἄλλοτε μὲν ξύτῳ] Supple ἐμέτῳ.

XVII. 10. Ὅτι ἧ μέσφι μέλαφρένα] (*Sic in Turneb. edit.*) scribe, ὁ ἧ. refertur ad πόνου. Sensus est, dolorem œsophagi pertingere usque ad metaphrenum: est autem μετάφρενον, τὸ μεταξύ τῆ νώτις καὶ ὀσφύου, καὶ τὴν τῆ νεφρῶν πρόσφυσιν; inquit Rufus Ephesius, περὶ ἰνομασίας τῆ τῆ ἀνθρώπου μορίων. Item spatium, quod scapulas interjacet, interscapulium.

XVII. 25. Ἀφρώδες] Vid. Hippocrat. aphor. 13. sect. 5.

Ὡς ἄλλω ἄλλης ἀναγωγὴν ἀφκεκρίσθαι] Junius: *Sic ut pars ejecta à parte distincta sit; ego potius verterim; sic, ut ea, quæ rejiciuntur, facilè inter se distingui possint.* Sic enim sputorum, quæ à thorace procedunt, differentias tradit: nempe alia sunt admodum flava, quædam spumosa, nonnulla & rotunda.

XVII. 26. Ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν ξυῶ ἀγλαίῳ φθορῇ τῆ τῆ θώρηκος ἀναγομρίων ἄλλη] Scribe ἀφθορῇ *discrimen.*

XVII. 27. Ὡς ἐκ πύθου] Ea, quæ exspuuntur, comparans cum partibus thoracis: rei enim excretæ proprietates, similitudine partem indicat, unde profecta est; ut si bronchium expuatur, pulmonem esse exulceratum cognoscitur. Bronchia enim per totum pulmonem disseminantur: vid. Galen. initio lib. 1. de loc. aff. Si σαρκώδεια tussi rejiciuntur, pulmonis frustum intelligitur.

XVII. 28. Ὡς ὅλα μέρη θώρηκος] *Prout se habent thoracis partes,* id est, naturæ variæ excretorum discernuntur comparatione, prout talia esse noscuntur, quales sunt partes thorace comprehensæ. At Junius conjunctim hæc legit, ὡς ὅλα μέρη θώρηκος, τὴν ἧ ἰδίῳ σαρκώδεια δοκοῖς ἀνὰ πλάγιον ἐμπερὶ μέρη. Atque ita vertit; *alioqui perforis partes specie carnosas pulmonis esse partes censueris:* cui non assentior.

XVII. 31. Ἦν ᾗ δὸς θώρακος καλαπίη] Junius; *si in pectore noxa sit, & ad marginem; si à pectore absorbeat*; ad verbum quidem, sed quid est absorbere à pectore? Obscurissimus hic locus est, sed qui planus fiet, subaudiendo πνέμων; si pulmo à thorace absorbeat, nempe sanguinem aut pus è thoracis ulcere. Sanguis enim è thorace neque sursum ferri aut expui potest, nisi prius ipsum pulmo imbibit, absorbueritque. Unde paulò infrà Aretæus pulmonem ait viam esse & transitum à thorace in arteriam; ὁδὸς γὰρ θώρακος ἐς ἀρτηρίαν πνέμων.

XVIII. 3. Ἐαρος δώτερον, φλεγμονῇ καὶ πυρεπίσι καυσώδεσι] Post δώτερον, scribe χειμῶν ᾗ; quæ dictiones librarii socordià omiffæ sunt. Patet ex contextu & sententiæ filo. Ait ægrotos æstate mori potiùs hæmorrhagiâ quàm inflammatione; quòd id temporis inflammationes non gignat. Ἐαρος δώτερον, hoc est, *verno tempore* magis fiunt sanguinis profluvia, sed non ut æstivo. Χειμῶν ᾗ, *per hyemem* verò ab inflammatione magis & febribus ardentibus periclitantur, quàm ab hæmorrhagiâ. Vid. lib. superiore, cap. περὶ πλωροϊτιδος pag. II. lin. 12. ubi verba hæc leguntur; φέρει ᾗ τὴν νῆσον (πλωροϊτιν) ὥρη μὲν, χειμῶν μάλιστα πάντων. Pleuritis autem inflammatio est. Item Aristot. sect. I. probl. 6. Præterea, cùm anni tempora ordine recenseat, hyemem ab ipso prætermiffam fuisse non est verisimile.

Περὶ Συγκοπῆς.

XVIII. 20. Ἐυγε ὅλως ὁ ἰατρός ἢ δὲ ὁ δημότης] Immo eum laudat, qui primò hunc morbum nuncupavit eo nomine, quod mox videbimus, sive is medicus fuit, sive quis è plebe. Nam δημότης *plebs* vulgò sonat. Xenophon lib. I. δπομνημ. ταῦτα δὴ αὐτὸν ἐξηγεῖσθαι, ὡς ὁ ποιητὴς ἐπαινοίη παῖεσθαι τὰς δημότας καὶ πένητας. Hippocrates eodem sensu ιδιώτας sæpius vocat. Particula εὔγε *bene, sanè* significat. Eà etiam utuntur Græci, cùm aliquem laudando compellant, ut in Anthol. lib. I.

Ἐυγε λέγων τὸν καιρὸν ἔφησθε θεὸν, εὔγε Μένανδρε.

XVIII. 21. Ὡ κύφω (sic in Turneb. edit.) ἔ κακῆ ἐστὶ ἔνομα] Quid sit illud, ὡ κύφω, non est facile divinare. Non enim κυφῶνες Aristophanis

phanis in Pluto: quod genus tormenti. Quid enim huic cum syncope, quæ non cruciatu aut distorsione, sed defectu virium enecat? Deinde illud ὠ, si accentum spectes, *Φαυμασικόν*, aut *χετλιασικόν* est; cùm tamen sequentis dictionis casus non respondeat: regunt enim genitivum adverbia ejusmodi, ὠ τῆς *Θέας*, ὠ τῆς *Φαύματος*. Crassus κληρικὸν *Ἐπίφθεγμα* exillimavit, & ut in Græco est, vertit: ὁ *Cyphon*, *cujus mali nomen est?* ceu esset nomen proprium cujuscumque viri, qui per apostrophem appellaretur. Quod planè absurdum est, cùm pateat, hoc esse cognomen seu epithetum syncopes, idque vulgò usitatum & tritum; cujus autorem laudat Aretæus, utpote qui ejus morbi naturæ nomen indiderit maximè congruum. Si autem *κύφων* pro viri nomine proprio accipias; jam illam morbi hujus appellationem, quam tantopere probat, silentio prætermiserit Aretæus: quod minimè verisimile est. Quocirca illud pro certo habendum est, illud ὠ *κύφων* quodpiam esse syncopes nomen.

Henischius absurdissimè vertit; *Dí vestram fidem!* Quæ quidem verba magis nobis congruunt tam absurdum commentum admirantibus, quàm præsentī loco.

De morbi nomine Aretæus hìc agit; & deinde rationem ipsius exponit his verbis: τί μὲν γὰρ μέζον ἢ ἀκύτερον συγκοπῆς διωάμιος; & paulò post verisimile esse ait cordis esse morbum syncopen, additque rationem *πόσον τε τάχος τῆς ὀλέθρου; tanta est mortis celeritas.* Quibus ex verbis veram lectionem conjecto esse *ἀκυφόνος*, i. e. *celeriter interimentis*: quod & scripturæ propius est, & ipsi morbo aptè congruit. Nulla enim appellatio syncope præcipiti morbo, à quo celerrima mors, aptius convenit; ut meritò eorum, qui ipsam imposuerunt, ingenium laudat Aretæus. Non solùm verò corruptus hic locus est, sed etiam mutilus nonnullis dictionibus abolitis. Sic autem mihi (quantum conjecturâ assequi datur) concipiendus videtur: Ἐυγε ὄλως ὀϊητρὸς, ἠδὲ δημότης, εὖγε Ἐπικλήσιον τῆς δὲ τῆς πάθους ἢ γὰρ συγκοπή ἀκυφόνος κακῆ ἐστὶ ὄνομα· τί μὲν γὰρ μέζον, ἢ ἀκύτερον &c. *Bene omnino medicus, sive vulgus, bene, inquam, huic affectui vocabulum, quo appellaretur, invenit: sanè syncope celeriter opprimentis mali nomen est. Quid igitur majus aut promptius syncope ad perdendum? Dicta enim est syncope ὠδὲ τὸ συγκόπειν, à concidendo, utpote quæ nexus animæ atque corporis*

fubitò abscindat. Itaque Gregorius Magnus Dialogorum *lib. 3. cap. 33.* pereleganter & scitè *συγκοπῶ* interpretatur *incisionem vitalium*. Syncope definitur à Galeno *κατάπλωσις ὀξεία διωάμεως, præceps virium lapsus*, quomodo & ab aliis ante se definitam fuisse testatur *lib. 12. method. medendi.*

Cùm essem Monspelii, incidi in quendam librum, à quodam Vasco Castello conscriptum de morbis thoracis: ibi in tractatu decimo de syncope autor, citans Aretæum, hanc vocem ita emendat, ut *ὀξύπυς* pro *ἀκύφων* legendum putet, quod *celeripedem*, si ita fas loqui, significat. Quemadmodum (inquam) homines aut equi (exempli gratià) *celeripedes* dicuntur, quòd *ocysimè* & *celerrimè* currant, sic etiam syncope olim *celeripes* dicebatur, quasi celeriter curriculo affatim & repentiè hominem corripiat. Mirum autem, cur is maluerit *ὀξύπυς* quàm *ἀκύπυς*, quòd minori mutatione & eadem significatione servatà facere potuisset. Attamen hunc laudo, quòd & corruptam hanc vocem & vim quæsitæ appellationis viderit, licet ipsum vocabulum scripturâ excusâ extundere non potuerit. Nam *ἀκύφονον* esse id cognomentum syncoptes aptissimum, fatiis jam omnibus perspicuum esse puto: nisi quin *ἀκύφων*, ut est scriptum, solo accentu è primâ syllabâ *ω* deleto, legere malim, cujus vocis eadem vis & significatio. Nam *φάω* etiam *occido* & *interficio* interdum significat. In participio *φάων* & per contractionem *φῶν*, ex quo *ἀκύφων* *celeriter interficiens*. Prior tamen lectio mihi magis arridet:

XVIII. 23. *Τί δὲ καρδίας ἄλλο καιριώτερον ἐς ζῶην ἢ ἐς θάνατον*] Id quidem ratio confirmat: cor enim principium est & focus naturalis caloris; in eoque τὸ ψυχῆς ἐμπύρωσιν animæ inflammationem esse, scribit philosophus *lib. de respiratione*. Illius enim caloris conservatione ut vita continetur, sic ejusdem extinctione aboletur. Quod nec ipse Galenus diffitetur, scribens mortem ad magnas cordis intemperies consequi. Ob hanc causam nec vitium ullum grave cordi accidere posse censet Aristoteles *3. de part. anim. cap. 4.* *μόνον τὸ πλάγχμων, ἢ ὅλως τὸ ἐν σώματι μορίων, ἢ καρδία χαλεπὸν πάθος εἶδεν ὑπομῆρα*; quod Plinius ita vertit *lib. 11. cap. 37.* *Solum hoc viscerum vitiis non maceratur, nec supplicia vitæ trahit; lesúmque mortem illico affert*. Indicium autem hujus rei affert Aristoteles, quòd in nullâ hostiâ cor visum sit iis affectum

affectum vitiiis, quibus aliæ partes. Tamen paulò infrà fatetur eorum animalium, quæ morbo aliquo absumpta sint, apertum cadaveribus cor conspici morbofis affectibus vitiatum; ὅσα δὲ διὰ νόσους ἢ τραύματα πάθη φαίνεῖ) τελευτῶν(αὶ τῶ ζώων, τέτοις ἀνατεμνομενίοις φαίνεῖ) πρὸς τὴν καρδίαν νοσῶδη πάθη, quæ verba iis, quæ suprâ posuit, contraria videntur. Sed nimirum hæc mens philosophi est, non gigni primitus grave ullum in corde vitium, ut in aliis visceribus: tamen ex morbis aliarum partium non mori ullum animal, quin labes ad cor pervenerit, ipsiúsque vitalem vim expugnaverit. Cæterùm cor gravissimos affectus, imò & vulnera diu pati posse, contrà quàm ibi sentit Aristoteles, & ejus auctoritate Plinius, docet historia cordis vulnerati: quam tabulæ pensili inscriptam legi in Bibliothecâ Groningensi testatur Gotfrid. Hegenitius in Itinerario Hollandico; quam ab eo propositam exscribere visum est.

Casus in cordis vulnere admirabilis.

Nicolaus Mulerius Lectori S.

Creditum hætenus fuit, corde vulnerato non posse quemquam vel ad unius horulæ momentum vitam producere. Quam sententiam ratio firmat & experientia. Cùm enim vita nostra à spirituum incolumitate dependeat, quorum officina fabricaque in ipso corde sita est, corde vulnerato, spirituum generationem impediri, ac prorsus cessare, necessum est. Verùm historiam valde memorabilem hoc loco proponere visum fuit; historiam (inquam) militis, qui in corde saucius vitam ultra quindecim dies sustentavit; qualis nec in veterum, nec in recentiorum medicorum observationibus nulla nobis hætenus occurrit. Andreas Hæsevanger, illustrissimi comitis Wilhelmi à Nassau, Frisiæ, Groningæ, Omlandia, &c. Gubernatoris cohorti prætoris adscriptus, vulnus in pectore à commilitone accepit anno Domini 1607. die 22. Augusti sub vesperam; obiit die 8. Septembris horâ unâ post exortum solis, qui erat dies decimus sextus à vulnere inflicto. Defuncti cadaver prætoris militaris jussu vulneris explorandi gratiâ à me & duobus chirurgis Caspare & Lucâ Hulteno apertum & examinatum fuit, præsentem & spectantem viro summo ac nobilissimo Bernhardo Hoornkens,

kens, spectantibus etiam nonnullis aliis imæ ac melioris sortis militibus. Ecce apertâ pectoris cavitate, evacuatâ haud parvâ materiæ purulentæ minimè fœtentis copiâ, deprehendimus admirabundi vulnus in cordis usque sinum dextrum penetrâsse, istâmque cordis partem ferè totam contabuisse, sinistrâ parte manente incolumi, in quâ continetur primaria spirituum vitalium officina. Hujus igitur unius beneficio vita Andreæ ad decimum sextum diem conservata fuit. Et ne fortè hujus narrationis dubia esset apud nonnullos fides, eam testimonio suo manuümque subscriptione muniverunt viri nobilissimi ac amplissimi, Bernhardus Hoornkens præsidii urbani præfectus; & Petrus Pappus prætor militaris; qui etiam historiæ hujus luculentam fecit mentionem in eruditis suis ad disciplinam militarem commentariis.

Actum Groningæ die 22. Junii, anno 1627.

Bernhardus Hoornkens attestor ut supra. Actum die 22. Junii, anno 1627.

Petrus Pappus von Tratzberg historiam hanc veram, & de eâ mihi bene constare attestor.

Ammonius Hermias nobilis Aristotelis interpres com. in decem categorias capite de qualitate, vitam ab ulcere cordis ad duos vel tres dies prorogari posse censet, sed beneficio arteriarum; *εἰ γὰρ καὶ καρδιακὸν ἔλκεμα ζῆ καὶ τρεῖς ἡμέρας, ἀλλὰ διὰ τὸ ἔχειν τὰς ἀρτηρίας ἀπ' αὐτῆς ἕσας.*

Herophilus denique repentinam mortem, nullâ ex manifestâ causâ venientem, fieri inquit paralyfi cordis.

Bernardinus Telesius lib. 5. de rerum naturâ cap. 28. *Nuper (inquit) in illustris viri Romani corpore, qui à diuturno morbo divexatus defecerat tandem, nulla prorsus cordis portio, sed ejus tunica tantùm reperta fuit: quòd nimirum ab immoderato illud calore penitus jam absumptum fuerat univèrsum. Quem igitur corde gravissimè obleso, & magnâ ex parte, quin & penitus absumpto, jam supervixisse existimandum necessariò sit. Hæc ille. Ex quo infert " unum cor non esse " vitæ fontem, ut antiquis creditum: siquidem ex Galeno teste, eo " dempto, arisque imposto, longiùs tamdiùque supervivere victimæ " visæ*

“ visæ sint, donec sanguinis profluvio extinguerentur ; & serpentes ac
 “ testudines corde extracto ad aliquod tempus superstites vivant ”. De
 usu autem cordis ad vitam ita statuit. “ Quoniam enim propterea
 “ tantum animali adjectum fuit cor, ut sanguinem in jecinore confe-
 “ ctum amplius elaboraret ; calidiorem scilicet, tenuiorémque faceret ;
 “ nec verò ut aliam hic in rem, in quam ille agi non posset, ageretur ;
 “ sed ut & ipse in carnosum nervosumque concrederet genus, & ipso
 “ illi commisso genus utrumque calidius fieret : præterea & ut spiritus
 “ ex ipso educeretur longè, quàm ex illo copiosior, calidiórque & te-
 “ nuior ; eadem omnino, quæ è sanguine uno in jecinore confecto, at
 “ copiosiores, præstantiorésque fierent res ; utique (quod dictum est)
 “ corde quovis modo oblæso, demptóve, modò sinè gravi id spiritûs of-
 “ fensione factum sit, animal aliquamdiu vivere posse, liquidò patet.
 “ Itaque quin animalis mors, quæ vel levissimum cordis vulnus confe-
 “ quitur, non cordis ipsius, sed tunicæ, quæ ipsum ambit, & spiritûs
 “ omnino, qui longè plurimus ei inest, offensionem consequatur, nulli
 “ dubium esse potest : cùm præsertim aliis animalis partibus omnibus,
 “ quæ & ipsæ multum continent spiritum, vulneratis (quod, si uni cor-
 “ di vitæ principium, & ipsa omnino insit anima, minimè eveniat) æ-
 “ què præsens, ac corde faucio, statim animal commoriatur.

XVIII. 30. Νόρων δὲ τέτανϑ] Hic pro omni convulsione τέτανϑ
 usurpatur; cùm tamen vulgò species existimetur, quâ recta & immo-
 bilis cervix intenditur, ut Celsus definit l. 4. c. 3. Sed eodem nomine
 genus & speciem significari plerisque in rebus usu venit. Idem lib. 1.
 ὀξέων (cap. περὶ τετάνϑ) πασμοὶ οἱ τέτανοι: quòd autem hic nervorum esse
 tetanum asserit, oblitus videtur sui ipsius: in illo enim cap. περὶ τετάν-
 ϑ ita scripsit; μῦων τ̄ ἐν γνάθοισι, καὶ τετόνων τάδε πάθηα. Verùm cùm
 musculi nervis etiam constent, facilè illa discordia componitur.

XVIII. 31. Τῶ ἧ̄ (sic in Turneb. edit.) ἔν καὶ ἡ συγκοπή] Scribe ὧδε Not. MS.
 Καὶ ζωῆς νῆσϑ] Hoc est τῶ ζωικῶ, vita enim vel operatio est vitalis,
 vel unio animæ & corporis, quibus certè morbus non accidit ; sed im-
 pedimentum ex morbo alicujus vitalium.

Ὀκόσοι ἧ̄ στομάχῳ ἡγέον] τὸ πάθος ἐμῶν] Suprà στόμαχον pro gulâ
 accepit, nunc pro receptaculo ciborum, seu ventriculo ; vel potiùs
 ore ventriculi ; quod Nicander δοχαίλω στομάχοιο appellat in Alexi-
 pharm. (v. 21.)

XIX. 2. Καρδίας γειτόνημα καίριόν ἐστι ὁ σόμαχⓄ.] Notanda locutio. γειτόνημα pro γείτων. Ita apud Ælium in quâdam epistolâ; ἀργαλέος εἶ, καὶ τῆτο δὴ τὸ λεγόμενον, αἰλμυρόν γειτόνημα. Plura exempla vide apud Casaubonum ad Athen. lib. 1. cap. 9.

XIX. 5. Ὅτι γὰρ ἐν τοῖσι ὀργάνοις αἱ διωάμιες] Eget sententia hæc explicatione. Facultates primariò quidem non sunt in instrumentis: secundariò tamen & simpliciter iisdem inesse necesse est; alioqui nullam actionem edere possent. Eo modo intelligendum illud Alexandri Aphrodisæi περὶ ψυχῆς, ubi de organo tactûs disputat; καί γὰρ τὸ μὴ εἶναι ἐν τῇ σαρκὶ τῶν αἰσθητικῶν διωάμις, ἀλλὰ εἶναι ταύτων ὄργανον.

XIX. 12. Ἐπὶ τῷ τοῖσι καρδιώσασσι καὶ αἰσθήσει ὀξύτεροι] Solœcophanes, nisi legas καὶ αἰσθησις ὀξύτερη, καὶ γνώμη εὐσαθεστέρα ex notis MS. Neque obstant quæ sequuntur, καὶ ἐς τὰ μέλλοντα μάντιες ἀτρικέες, utpote seorsim legenda; in quibus nihil est, quod sententiam attinet. Disputat in eos, qui syncopen stomachi esse morbum putant, conjecturâ ex remediis ductâ, cibis scilicet, vino, & frigidâ, quibus prostratæ vires reficiuntur. Ipse proprium cordis esse affectum, cum ex aliis symptomatis probat, tum præcipuè hęc argumento; quia καρδιώσασσες sensu ac mente magis valent ad pervidenda non solum, quæ præsentia sunt, sed & futura, quâ in re nihil vatibus legitimis prædictionum veritate prorsus concedunt. Cum igitur hæc stomacho minimè convenient, cordi autem, in quo est animæ principatus; concludit ex his Aretæus cordis esse affectum syncopen; cui tamen stomachus causam viciniæ ratione præbeat.

XIX. 16. Ἐἰς (sic in Turneb. edit.) τὴν καὶ τὸ πάθοςⓄ.] Supple καρδίῳ; pro εἰς verò scribe ἐς.

XIX. 18. Ἐστὶ τῷ ἧς τῷ νόσος ἢ δὲ ἡ ἐκλυσις τῷ πόνος τῷ φύσιος] Delenda hæc verba ἧς τῷ νόσος, utpote superflua ac, ut puto, glossema.

XIX. 22. Πᾶσι δὲ σημαίνει] Sumptum ex Homer. Iliad. α. v. 288. πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πάντες δ' ἀνάσσειν, πᾶσι δὲ σημαίνειν, id est, imperare.

XIX. 26. Περὶ καύσεων.

* XIX. 26. Περὶ καύσεων] In notis MS. περὶ καύσεωνⓄ.

XIX. 29. Πῦρ μὲν πάντη καὶ δριμύ καὶ λεπτόν] Πῦρ pro febre intensâ, passim

passim apud Hippocratem : cur autem addat λεπτόν, non possum sanè divinare ; nisi λεπτόν pro acuto accipit, ut πόνον ἰχνόν infra cap. περὶ εἰλεῖ· πόνον ἢ ἰχνόν μὲν, ἠδὲ ἐξὺς Ἰππὶ τοῖσι λεπτοῖσι ἐντέροισι. Sic apud Arabes, febris syncopalis minuta, quæ à bile.

XX. 4. Θέναρα θερμότητι] Quænam pars manûs θέναρα propriè dicitur, non convenit inter auctores. Laurentio θέναρα sunt monticuli manûs prominentiores : aliis τὸ μεταξύ διάστημα ἔριχταν, καὶ ἔριχταν μεγάλου δακτύλου σαρκῶδες, i. e. spatium quod inter indicem digitum, ἔριχταν pollicem patet, ut Rufus testis est. Hippocrati verò πᾶν τὸ πλατὺ τῆ χειρὸς, hoc est, palma, eodem Rufo teste ; quâ in significatione id nomen videtur Aretæus hęc loco usurpasse. Sed & Theodorus Gaza θέναρα palmam interpretatur apud Aristot. 1. hist. c. 15.

XX. 5. Νοτὶς περὶ μέτωπα καὶ κληίδας] Ejusmodi sudores, qui circa collum aut faciem tantùm leviter & parcè moventur, κεγχροειδῆες dicuntur Hippocrati, prognost. οἱ δὲ κεγχροειδῆες καὶ μένον περὶ τὸν τράχηλον γινόμενοι πονηροὶ· κἀκιστοὶ ἢ οἱ ψυχροὶ τε καὶ μένον περὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ προσωπον γινόμενοι καὶ τὸν ἀχένα. Idem lib. de victu acutorum, de hisce malis sudoribus ; καὶ περὶ ὑπορίμιον καὶ μέτωπον ἰδρῶτες καὶ ἀχένα ὅπουθεν τῆ κεφαλῆς. Sunt autem hi sudores valde mali ominis, quia extremam virium exolutionem indicant.

XX. 7. Ὁ δὲ ἀχμὸς ἐς ἐπομβρίῳν τρέπεται] Imbrem pro hydrope usurpat αἰνιγματωδῶς, estque allusio ad verba Heracliti, quæ vide apud Laertium in ejus vitâ. De aquâ intercute, quæ morbis acutis succedit, vid. Hippocrat. prognost.

Αἱ δὲ τῶν πρηγματῶν Ἰππιάσιες] Sic apud Maronem 1. Georg. v. 93. Boreæ penetrabile frigus adurat. Servius ad illud verbum ; Ἐὰν τὸν ἥλιον (inquit) ἔριχταν ad frigus pertinet. Nam uno sermone duo diversa concludit, quæ tamen unum effectum habent. Nam ἔριχταν frigus est caloris initium, ἔριχταν summus calor est frigoris principium. Unde quasi unus effectus est frigoris ἔριχταν caloris. Hęc ille. Apul. 1. Metam. Tunc ego sensi naturaliter quosdam effectus in contrarium provenire, & quæ sequuntur. In Scripturis, extrema gaudii luctus occupat. Eadem sententia non paucis exemplis naturalibus firmari potest, apud Hippocrat. 3. Aph. lib. 1. αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί, &c. Notum est ex bile flavâ & calidissimâ generari melancholiam frigidam ; multaque alia
ad

ad hunc modum afferri possunt. Sed huic sententiæ adversatur tritum axioma : Ab extremo in extremum non fit transitus, nisi per medium. Resp. per se non dari ejusmodi transitum, quia prius calor necesse est à contrario frigore minuatur ac debilitetur, quàm in frigus transeat. Alteratio enim motus est, ergo successiva ; per accidens tamen ex summo calore fieri mutationem in contrarium frigus, non absurdum est ; absumpto nimirum pabulo, quo calor sustinebatur : ut in nostro casu ; immodicus ille calor in febre ardenti, depascens naturale humidum, quo nativus calor continetur, hunc quoque necessariò dissipat, & sic per accidens vices adducit frigiditatis.

XX. 8. Τῆς φύσις τὰ δεσμά] Ingenitus calor, spiritus.

XX. 9. Ἰδρῶς ἄρχεται πάντῃ τῷ σώματι] Ob virium resolutionem, δι' ἐκκυσιν σωματίων, Hippocrat. prognost.

Ἀναπνοὴ ψυχρὴ] Hippocrat. prognost. ψυχρὸν ἢ ἐκπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν, καὶ τῶν σώματος, ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεσθαι. Significat enim hoc extremam calidi nativi destructionem, & proximam extinctionem. Addit Aretæus ἀτμός ἀνα ῥίνας πολὺς. Quæ si vera est lectio, ὁμοίως χωρεῖ Hippocrati, qui citato loco dicit ψυχρὸν ἐκπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν ; at ἀτμός vapor est, qui calidus. Ausim emendare ἀτμός ἀνα ῥινὸν πολὺς, vapor per cutem multus ; ῥινὸς cutis, corium ; eâ voce utitur I. χρῶν. cap. περὶ ἐλεφαντιάσιος. Ea vocis lectio aptè quadrat contextui huic. Ut enim syncopes, atque extremi virium defectûs symptomata sunt, sudor per totum corpus ἄρχεται, qui nequit compesci ; frigida respiratio ; sic vapor per cutem erumpens, ob exolutionem scilicet & substantiæ partium dissipationem. Expressit autem hanc sententiam Hippocratis ex lib. 6. Epid. sect. 4. σημεῖα θανατάδῃ ἀνα δέρμα, ῥίνα, θερμὸς ἀτμός πρότερον δὲ ῥίσι ψυχρὸν πνεῦμα ἀφίησιν.

XX. 10. Ἀδιψοί, ἐξήρανοι καὶ τὰ ἄλλα] Videtur is sensus ; non sitiunt ægri ; quia alia quidem membra arida ; non tamen, quæ sitim faciunt, διψαλέα ὄργανα, ut mox vocat, nempe os & ventriculus. Puto, quia imbuuntur quâpiam ferosâ humiditate à calore fusâ, aut colliquatione.

XX. 13. Διαρρέει ἢ καὶ τὰ ὀστέα λυόμενα] Adipem, carnes, partésque omnes molles colliquari facilè intelligimus ; ossa verò tam solida, tam dura, durum, mirum, inusitatum, inauditum.

Καὶ διὰ πάντων, ὡς ἐν ποταμῷ, ἐς τὰ ἔξω ἢ Φορῆ] In validis corporibus & apprime robustis, motus semper à circumferentiâ ad centrum; in imbecillis è contrario fluviorum adducit exemplum, qui peregrina omnia extrorsum, hoc est, ad superficiem, & littus propellunt; ut ex fordibus & spumis riparum liquet: quod evidentius in mari. *vid. Plin. lib. 2. cap. 98.*

XX. 14. Ψυχῆς κατάστασις] Mentem constare dicit Celsus l. 3. c. 19. Ἀισθησις σύμπασα καθαρή] Magis mirum de sensibus externis, qui prorsus materiales. Ut tamen credamus, facit Hermolaus Barbarus, qui de suo patre scripsit in quâdam epistolâ, eum sensus omnes mentis & corporis, quibus pauci eum mortales vincebant, non solum integros, verum etiam subtiliores, quàm prius, ad extremum usque ostendisse.

XX. 15. Γνώμη μαντική] Divinare morientes etiam Homerus docuit, apud quem Patroclus moriens cædem prædicit Hectori, & Hector Achilli. Cicero itidem testatur l. 1. de divinatione. *Viget autem (inquit) & vivit animus, quod multò magis faciet post mortem, cum omnino è corpore excesserit. Itaque his occurrunt plerumque imagines mortuorum; tuncque vel maximè laudi student, eosque qui secus quàm decuit, vixerunt, peccatorum suorum tum maximè pœnitent. Divinare autem morientes, etiam illo exemplo confirmat Posidonius: quo affert Rhodium quendam morientem sex equales nominasse, & dixisse, qui primus eorum, qui secundus, qui deinceps moriturus esset.* Eò adscribere totum hunc locum visum est, quia, quæ deinceps addit Aretæus, adeò similia sunt, ut indè sumpta videri possint. Προγινώσκουσι μὲν ἔν πρώτιστα μὲν αὐτέοισι & βίβη τινὲ μεταλλαγῶν· ἔπειτα πῖσι παρεῖσι προλέγουσι τὰ αὐθις ἐσόμνα. De divinatione morientium, longè gravior auctoritas Scripturæ cap. xlix Genes. *Congregamini (inquit Jacob moribundus) ut annunciem, quæ ventura sunt vobis in diebus novissimis.* Similiter Moses, instante obitu, quæ populo eventura essent, vaticinatur. Sed & Tertullianus lib. de animâ cap. de excessu; *Hinc denique (inquit) evenit, sæpe animam in ipso divortio potentiùs agitari, sollicitiore obtutu, extraordinariâ loquacitate, dum è majori suggestu, jam in libero constituta per superfluum, quod adhuc cunctatur in corpore, enunciat, quæ videt, quæ audit, quæ incipit nôsse.* Unde

tanta vis mentis in corpore quasso? indidem scilicet. Corpori enim attenuato & confecto minus immersa mens, ideo acrior. Juxta illud Medici; ὁκόταν ᾗ τὸ σῶμα ἡσυχάσῃ, ἡ ψυχὴ κινδύμῃ, καὶ ἐπεξέρπυσσῃ τὰ μέρη τῆ σῶματος διοικεῖ τῆ ἑαυτῆς οἶκον. Adde, quod nusquam magis ab curis externis animus liber est, quàm quum mors propè est; solutus autem animus magis capax divinationis: vide Valles. de sacrâ philof. cap. 30. in fine.

XX. 17. Ὅτι ᾗ αὐτέες μὲν ἔσθ' ὅτε, καὶ ἄλλο φασὶ (*sic in Turneb. edit.*) δοκέουσι] Scribe ἀλλοφάσεν i. e. *delirare*. Hippocrat. in prognostic. de signis lethi in morbis acutis; οἱ ᾗ ἀπολύμνοι δύσπνοοι γίνοντ', ἀλλοφάσκοντες, ἀγρυπνέοντες, τάτε ἄλλα σημεῖα κάκιστα ἔχοντες. Est autem hæc dictio Ionica Xenocrito teste apud Erotian. Ratio ejus est, quod desipientes absurda & aliena effutire solent. Cels. l. 3. c. 18. *Illud ante omnia scire oportet; interdum in accessione egros desipere, & loqui aliena.*

XX. 20. Τάχα δ' αὐτὸ τῆ ψυχῆς προγνωσκέσσης] Scribe αὐτῶν.

XX. 21. Ἐν ἰλύι πῖσι ὑγροῖσι ἔλω] Fortasse ἐν ἰλυάδεσι ὑγροῖσι. Crassus vertit in *lutulentis humoribus*.

XX. 22. Καὶ ἀπὸ τῆ ὀφθαλμῶν τὴν ἀχλὺν ἔλεν] Sumptum ex Homero Il. ε. v. 127.

Ἀχλὺ δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἔλον, ἢ πρὶν ἐπῆεν,
Ὅφρ' εὖ γνώσκῃς ἡμῶν θεὸν, ἡδὲ καὶ ἄνδρα.

Ad hoc exemplum Virgilius exegit hæc 2. Æneid. v. 604.

—namque omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortales hebetat visus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam. — —

XX. 23. Ἐρέουσι τάτε ἐν τῷ ἠέρι] Scribe ὀρέουσι *vident*; namque ἀπὸ τῆ ὀφθαλμῶν supra. Fuit opinio quorundam veterum, plenum esse aërem diis, seu animis immortalibus. Auctor lib. de mundo; διὸ καὶ τῶν παλαιῶν εἰπεῖν τινες προήχθησαν, ὅτι ταῦτά ἐστι πάντα θεῶν πλέατε καὶ δι' ὀφθαλμῶν ἰνδαλλόμενα ἡμῖν, καὶ δι' ἀκοῆς, καὶ πάσης αἰσθήσεως. Laertius in Pythagorâ; εἶναι τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων, καὶ τέτρεσ δαίμονας τε καὶ ἥρωας νομίζεσθαι. Succinit penè Posidonius apud Cicer. 1. de divin. afferens *plenum esse aërem immortalium animorum, in quibus tanquam insigni-*

ta notæ veritatis appareant. Possem plura proferre ex Platonicis, sed studeo brevitati.

XX. 25. ἐξηερωμένης ἤδη τῆς ζωτικῆς δυνάμεως] Virgil. 4. Æneid. v. 704.

— — — — — omnis est una

Dilapsus calor, atque in ventus vita recessit.

Existimabant ii animam in aërem reddi oportere; utpote quæ esset naturæ æthereæ; in aquâ autem suffocatorum extinguere eam, neque reddi suæ origini, astris scilicet; quod summam miseriam credebant; eamque ob causam præ cunctis mortis generibus laqueum & naufragium execrabantur. *Ovid.*

Demite naufragium, mors mihi munus erit.

Homer.

[Ἄϊας] ἀπόλωλεν, ἐπεὶ πίνεν ἀλμυρὸν ὕδωρ.

Vide Synesii epistolam quartam.

Περὶ Χολέρας.

XXI. 2. Τὰ πρῶτα μέρη ρηϊδίως ἄπονθῃ] Scribe τὰ πρῶτα μὲρ

XXI. 11. Ὅρα χεθεῖσα κύσις (sic in Turneb. edit.) ὑπὸ σπασμῶ] Notæ MS. χεθένια, scribe igitur ἔρα χεθένια κύσιθῃ ὑπὸ σπασμῶ, vel nihil mutando, sed supplendo, ἔρα ἐκ ἀφίει χεθεῖσα κύσις ὑπὸ σπασμῶ, *urina suppressa ob convulsionem vesicæ.*

Ἵπὸ τῆς ἐς τὸ ἔντερον] Per copiosos alvi successus, non æquè respondet mictio; & è contra vide Aphor. ἔρσις πολλή: causa est humorum μετοχέτωσις.

XXI. 13. Ὅκοσοι ἐπὶ ξυγκοπῇ] Ὅκοῖοι, vel ὅκως.

XXI. 20. Περὶ Ἐίλεθ.

Cælius lib. 3. acut. cap. 17. *Tormentum* (inquit) *dictum est, quod existiment egrotantes convolvi, atque torqueri suorum intestinorum verticula; vel quod spiritus ob abstinentiam clausus sese*

involvens vinctiones, obtrusiones, atque tormenta efficiat; vel quòd vehementiâ dolorum, supra eas partes, quæ patiuntur, ægrotantes arcuati convolutique plicentur. Quidam Pythagorici in Sicilia mediçi, eodem referente, phragmon appellârunt.

XXI. 23 Πνεῦμα ψυχρὸν ἀργὸν] Flatum in Ileo frigidum ac pigrum volvi aliquando atque aberrare per tenuia intestina, cùm exitum non habeat, fortasse haud absurdum est; quanquam Galenus id negat fieri posse 6. de loc. affect. cap. 2. Non tamen id necessarium aut perpetuum; sæpiusque absque ullo ejusmodi flatu concludi tenuia intestina atque etiam crassa contingit in farctu pituitæ viscidæ, aut duriorum fæcum, etiam inflammatione, aut quovis alio tumore; proinde nominis ratio aliunde repetenda. Sanè hoc etymon non probat Scaliger, eosque reprehendit, qui ipsum amplectuntur. Ἐιλεόν, pro σκοπιδίον Siculos dixisse testatur Schol. Aristoph. in Ἀχαρνῆς ab εἰλεῖα deducentes. Eundem morbum Latini *volvulum* vertentes dixerunt, quo nomine & eos idem Scaliger castigat comment. in librum Hippoc. περὶ ἐνυπνίων. *Ileon* (inquit) *ineptè volvulum appellant, cujus neque materia neque effectio volvitur.* Respondet Vander Linden medic. select. 4. §. 5. partem affectam volvi, nempe intestina: *Intestinorum* (inquit) *volutio nihil est aliud quàm acceleratio motûs peristaltici.* Sed instaret Scaliger, aliud esse πεισέλλεαζ, aliud εἰλεῖαζ; prius illud contractio est; posterius volutio; quæ enim volvuntur, totum locum mutant, ut cùm globus volvitur; aut secundum partes; ita ut quæ pars erat superior, fiat inferior, & contrà, ut in orbium cœlestium revolutionibus; quæ autem contrahuntur, non item. Nihilominus tamen Aretæus, ab spiritûs volumine nomen hoc trahit: μίμνει ὃ (inquit) ὀπιπολὺ ἐλιοσόμδρον ἐν ὀλίγησι τῷ ἀνω ἐλίξεισι. Τῆνεκα ἢ τὸ πάθος ἐπίκλησιν ἔρχεν εἰλεόν. Cui etymo favet Actuarius. Ego potius ab ileo intestino uno ex tenuibus, cujus multi amfractus atque volumina. Est enim hoc πάθος τῶν λεπτῶν ἐντέρων. Galen. 6. de loc. affect. cap. 2. Celf. lib. 4. cap. 13.

XXI. 26. Καὶ πίσις ἢ μάλθαξις] Scribe ἔψησις, ut mox declarat.

XXI. 27. Χορδαψὸς τὸ παιτὸν ἐστὶ] Vocem hanc χορδαψὸς deducit ἀπὸ τῆς ἐψήσεως. Unde & μάλθαξιν suprâ dixit, quam eandem cum ἐψήσει, hoc est, *elixatione* statuit: χορδῆ autem *intestinum* dicitur. Nempe

cùm intestinorum substantia vehementer emollita, ac veluti elixata est, tunc dici χορδαψόν. Sed pace tanti auctoris dixerim, hallucinatur. Non ab εψήσει id nomen formatum est, sed ex ἀπλεαθ & χορδή, quòd tunicae intestinorum, quæ aliquo interstitio interiùs patere debent, se constringant atque coalescant. Hippocrat. 3. de morbis; ξυαναίνε) ἢ τὸ ἔντερον, ἢ ξυμπιλέε) ὑπὸ τῆ φλεγμασίης. Idque Riverii observatione cent. 3. observ. 26. confirmari potest. Ibi enim refert Gulielmi patris aperto cadavere, inventum esse intestinum ileon tribus complicationibus convolutum, & quasi compactum in unam massam circa finem illius: tota autem illa intestini portio complicata, gangrænâ affecta erat, cum portione mesenterii sibi adjunctâ. Nec minùs futilis illa distinctio, quum ait, εἰλεὸν dici, cùm flatusvolvuntur; χορδαψόν, cùm tunicae supra modum molliuntur. Siquidem Diocles Carystius, qui appellationis hujus auctor traditur, citra ullam distinctionem, χορδαψόν tenuis intestini morbum nuncupavit, ut apud Cels. videre est l. 4. cap. 13. Tum Galenus ipse duo hæc nomina, εἰλεὸν & χορδαψόν, promiscuè usurpari testatur 6. de loc. affect. cap. 2. γίγνον) ἢ ποτὲ ἢ ἄλλοι πόνοι σφοδρότατοι κτ' τὰ μετέωρα μέρη τῶν ἐντέρων, ἰκανῶς παραφασοίτες ἐμέταις, ὡς ἴππὶ τέλει κόπρον ἐμέσαι τινὰς, ἐξ ἧς πάθους σπανιώτατα τίς ἐσάθη; ἢ καλῶς τινες αὐτὸ, εἰλεὸν, καθάπερ ἕτεροι χορδαψόν.

XXI. 27 Καὶ πάλιν τὸ ὑπογάστρον ὑπερέχῃ] Galen. citato loco; καθάπερ ἕτεροι χορδαψόν, ὅτ' ἂν ἐξέχη τις ἴγκυρον ἐν τῇ χώρα τῶν λεπτῶν ἐντέρων, ὡς δοκεῖν, οἷον χορδαψόν τινὰ περιεγράψαι τὸ ἔντερον.

XXI. 28. Καὶ ἢ τῆ σπυρορδίδα τὸ μεσεντέριον, &c.] Ait veteres mesenterium vocasse σπυρορδίδα. Id vocabuli situm intestini superiorem significat: cùm tamen mesenterium non sit supra, sed in medio intestinorum, ut vox μεσεντέριον indicat. Aristoteles tamen favet huic appellationi lib. 1. de hist. anim. cap. 16. sic mesenterium describens, ὑπερ ἢ τῶν ἐντέρων, τὸ μεσεντέριον ἐστίν &c. aliter μεταραιὸν dicitur. Hippocrat. lib. de ossibus mesenterium distinguit à mesocolo, quòd illud ad tenuia intestina pertineat, hoc ad crassa.

XXI. 29 Τὰ μεσηγὺ νεῦρα ἢ τὰ αἰγῆα] Descriptio est mesenterii, nisi quòd omittit glandulas, quibus insignibus nec paucis constat, ad fulciendas venarum mesaraicarum propagines. De quibus ita tradit Hippocrat. lib. περὶ ἀδένων, ἢ νέμον) αἱ ἀδένες ἐν τοῖσι ἐντέροισιν ἐκπιεζέμεναι τὸν πλάσθον.

XXI. 32. Μάλιστα ἢ ἐπὶ τοῖσι εἰλεώδεσι] Supple σιτίοις.

Ὀκοῖόν τι μέλαν σηπίης] Scribe ὀκοῖόν ἐστι μέλαν σηπίης. Choleram morbum ex sepiæ esu contrahi, autor est Hippocrat. 7. epid. 40. τὰ χολερεκά ἐκ σηπίης. Atqui iisdem eileός, quibus cholera, excitatur.

XXII. 14. Ἦν ἢ ἐπὶ πᾶσιν ἴσχη ὁ εἰλεός] Lege ἐπίτασιν ἴσχη, i. e. *si vehementior fuerit volvulus.*

XXII. 15. Ψυχροὶ τὸ πᾶν σκλιῶ] De his symptomatis vid. Hippocrat. 3. Epid. sect. 2. in histor. mulieris volvulosæ.

XXII. 16. Διψαλέοι] Hippocrat. cit. loco in eadem historiâ mulieris volvulosæ: ἔδιψώδης. Sed utrumque defendi potest. Sitis ab inflammatione ventris haud dubiè affligit, eadem extincto tandem calore nativo conquiescit; hinc mors proxima.

XXII. 21. Ἀπὸρ ἢ κώλω] Ileon Galenus & plerique alii solis tenuibus intestinis accidere putant. Aretæus etiam in crassis, ut colo, fieri tradit, cui diligentiores suffragantur; imò maximè in colo fieri probant non sublellis argumentis. Primùm quidem ileo tandem vomitum fæcum supervenire constat; at fæces in crassis intestinis continentur. Secundùm, dolor ferè ad hypochondria sentitur, ut licet observare ex illâ historiâ mulieris ileosæ, 3. epid. sect. 2. at colon tangit hypochondria. Tertiùm, Fernelius, postquam exposuit causas tardæ dejectionis, addit: *Hæ causæ, cùm supra modum excreverunt, excrementorum viâ prorsus occlusâ, miserabilem ileum reddunt.* Quartùm ex Tralliano, lib. 10. titulo, de doloribus colicis; *Ileos nihil est aliud quàm colici affectûs intentio atque incrementum.* Supponit igitur eandem esse utriusque affectûs sedem & causam. Præterea Salius Diverfus testatur se vidisse nonnullos, cùm hunc morbum ex fæcum morâ, & pertinaci obstructione contraxissent, non nisi post vicesimum secundum diem fæces evomuisse; quod fieri non potuisset, si hæc affectio in tenuibus tantùm intestinis fuisset; neque enim illa tantam stercoris copiam tamdiu continere possent, sed promptè ventriculum in consensum trahentia statim, quicquid intus est, cibi & potûs vomitu exploderent.

XXII. 29. Ἐπὶ ἢ τοῖσι κωλικοῖσι] Hier. Mercurialis Var. lect. lib. 5. cap. 11. notat colicum dolorem, nec ab Hippocrate, nec ab ullo ante Corn. Celsum nominatum fuisse. Unde ait nonnullos mirari, quomodo

do Hippocratem latere potuerit morbus fatis vulgatus, aut ejus ætate non existere. Et respondet omnia intestinorum, atque ventris tormina, uno ilei nomine indicasse. Quæ responsio viri doctissimi cum auctoritate Celsi, quem citat, tum hęc Aretæi loco confirmari videtur, quo dolorem colicum & ileum unâ eadémque disputatione comprehendit. Nisi quod hęc quidem τὰ κωλικά nominat; & tamen libro ultimo Therapeut. χρόν. in indice capitum, habetur hic titulus, *θερμότητα κωλικῶν*. Sed hoc non est contra Mercurialem, qui de Hippocrate & antiquioribus loquitur. Nos verò Aretæum multo tempore Celso inferiorem demonstravimus.

Περὶ τῶν κτὶ τὸ ἥπαρ ὀξείων παθῶν.

XXIII. 7. Ἐστὶ γὰρ αἷματ^{ος} πάγ^{ος} τὸ πλεῖστον ἥπαρ] Gal. lib. 4. de usu part. εἰ γὰρ ἐννοήσεις ὑπὸ θερμότητ^{ος} ἐξατμιζόμενον αἷμα καὶ παχυνόμενον, εἰδὲν ἄλλο ὄρησις γινόμενον, ἢ τὴν εἰς ἥπατ^{ος} σάρκα. Ad hanc mentem Fernelius 6. Physiol. cap. 3. *dum ea caro (sup. hepatis) quæ substantia concretum & coactum sanguinem exprimit.* Idem tamen 6. path. cap. 4. jecoris substantiam è semine conflatam affirmat. *Jecoris (inquit) solida substantia, spermatica cum sit, non magis quam pulmonis reparari potest.*

XXIII. 10. Ὡς ἢ καὶ τῶν σοφῶν ἀφηγέονται τινες] Platonem intelligit, qui in Timæo; τὸ σπυρομηλικόν τῆ ψυχῆς in jecore collocat.

XXIII. 11. Πίζωσις γὰρ φλεβῶν ἥπαρ γίνετ^{αι}] Vide Hippocrat. περὶ τροφῆς; venarum principium hepar facit: aliter Aristoteles; cujus in sententiam nunc plerique omnes pedibus vadunt.

XXIII. 23. Διάφραγμα καὶ ὑπεζωκὸς ἔλκοντ^{αι}] Scribe ἔλκοντ^{αι} *trahuntur.* Scribe & ὑπεζωκὸς supple *χιτῶν.*

XXIII. 24. Βῆξ ἢ ἀτελής, προθυμῆ ἢ μῆνον] Uno verbo θυμὸς dicitur, ut suprâ notavimus ex Hippocrate. De his signis inflammati jecoris, vid. Galen. 5. de loc. affect. in historiâ Siculi medici.

XXIII. 29. Ναυτίη, διάσασις κενεή] Legendum *διέσασις, contentio, conatus inanis vomendi.* Apud Arist. 7. polit. *διετῆσαι τῶν παιδῶν* dicuntur, cum plorantes spiritum continent, & ita distenduntur: quod & in vomitu fieri palàm est; *διετῆσιν τῶν παιδῶν*, ibid.

XXIII. 30. 'Αεὶ ὃ ἐπαυξία γίνεῖ τὰ πάθη] Morbi ἐπαυξίαι dicuntur Hippocrati, qui tempore increscunt, & deteriores subinde efficiuntur. *Gal. com. 5. in 6. Epid.*

XXIII. 33. Χολόβαφοι τὸ πᾶν] Id est, ἰκτεροὶ, *arquati, auriginosi, morbo regio affecti.*

Ἦν ὃ καὶ πρὸ ἐβδόμης φανῆ (supple ἰκτεροῦ) καὶ ἄλλως ἐκτενε συχνές] Ita Hippocrates aphorif. 62. sect. 4 Plinius lib. 26. cap. 12. *Morbum regium in oculis præcipuè mirari est, tenuitatem illam, densitatemque tunicularum felle subeunte. Hippocrates à septimo die in febre mortiferum signum esse docuit; nos scimus vixisse aliquos etiam ab hac desperatione.* Ubi parum sincerè Hippocratis sententiam expressit ille. Non enim à septimo die, sed ante septimum scripsit Hippocrates; neque aliud quàm κακὸν denuntiatur illo aphorismo, quod non necessariò est cum desperatione; pro mortifero tamen accipere hìc videtur Aretæus, dicens; ἄλλως ἐκτενε συχνές.

XXIV. I. 'Οκόσοι ὃ, ἢ αἰμορραγίη] Icteri ante septimum diem apparentis minas averti asserit, triplici genere evacuationis, hæmorrhagiâ, ventris profluvio bilioso, & copiosis urinis sinceris, hoc est, flavis admodum & biliosis, quæ sententia est Hippocratis 1. Epid. sect. 2. ἔσι δ' οἷσιν ἰκτεροὶ ἐκταίοισι, ἀλλὰ τέτοισιν ἢ καὶ κύσιν κάθαρσις, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα ὠφελήσειεν ἢ δαψιλῆς αἰμορραγίη, οἷον Ἡρακλείδης &c. Vid. & lib. de victu in acutis.

'Οκόσοι δὲ ἢ αἰμορραγίη, ἢ κοιλίης ταράχῃ] Locus depravatissimus, sed qui minimo momento restitui potest, additâ scilicet negatione μὴ, è quâ cùm litera γ extrita fuisset, ex negatione facta est conjunctio disjunctiva ἢ, quæ sententiam absurdissimam efficit. Quid enim absurdius, quàm post ἀπόσασιν per sanguinis è naribus profluvium, aut biliosorum copiosam dejectionem, aut denique urinæ ἀκρήτῃς, hoc est, biliosissimæ evacuationem, jecur suppurari? cùm testatur Hippocrates ejusmodi evacuationibus criticis materiâ depulsâ, icteri præcocis minas averruncari; nempe verbis modò allatis ex lib. 1. Epid. sect. 2. part. 65. ἔσι δ' οἷσιν ἰκτεροὶ ἐκταίοισι &c. Idem & testatur Aretæus; dicit enim τὸν ὀλεθρον διήλλατο: cui dicto planè est ἀνακόλαστον, quod sequitur; τέτοισιν ὃ μετὰ τρεῖς ἐβδομάδας ἐς ἀπόσασιν πύεξ τὸ ἥπαρ τρέπεῖ, nisi negatio, ut dixi, reponatur. Etsi enim non omnem suppurationem hepatis

lethalem esse docet Hippocrates, & post eum Galen. aphor. 45. sect. 7. quæ nimirum non est in substantiâ jecoris, sed in tunicâ; tamen cum simpliciter ad suppurationem converti jecur dicat Aretæus, non est ad rem hæc distinctio; deinde neque in tunicâ suppurationem fieri posse post illas copiosas evacuationes fatiſ puto omnibus perspicuum.

Περὶ τῆς κτῆ τῶν κοιλίῳ φλέβα ὀξείης νέσθ.

XXIV. 16. Κατὰ τὸ σῶμα ζυγκέον)] Unâ voce ἀνατόμωσιν Græci vocant.

XXIV. 17. Ἐς μίαν φλέβα μεγάλῳ] Ita enim etiam Aristoteles appellat μεγάλῳ & μεγίστῳ φλέβα, i. hist. cap. 17.

XXIV. 19. Τὸν πρῶτον λοβὸν] Veteres in jecore humano plures lobos feu fibras agnoverunt. Ita Gal. cap. 4. de usu part. διὰ τὴν ἢ περιέβηκε τῶν γαστέρα τὸ ἥπαρ, ἢ ὅπως αὐτὴ μὲν ὑπὸ ἐκείνῳ, τὰ σιτία ἢ ὑπὸ ταύτης θερμαίνονται, δι' αὐτὸ γὰρ τῆτο καὶ ἀκρῆως αὐτῶν περιλαμβάνει, καθάπερ δακτύλοις τισὶ, πῆς λοβοῖς· ἕδ' ἔστω εἰς ἀριθμὸς αὐτῶν καθ' ἕκαστον ζῶον: Sic Poeta de Tityi visceribus 6. Æneid. v. 600.

— nec fibris requies datur ulla renatis.

De jecore enim hæc debent intelligi. Servius ad eum locum; *fibræ sunt eminentiæ jecoris*. Si tamen ἀπὸψία standum est, vix hujusmodi fibras in homine admittemus. Fernel. i. phys. *jecur ferè fibras in 7. (Græci λοβοῖς vocant) dissectum; quamvis conspectum à nobis est, nec rarò, solidum, nullisque fibris divulsum*. Aristoteles quidem nullam hujusmodi fibrarum fecit mentionem, sed de jecore hæc tantum tradit, i. hist. 17. *στρογγύλον δ' ἐστὶ τὸ ἔνθρωπος ἥπαρ, καὶ ὅμοιον τῷ βοείῳ*.

XXIV. 21. Τὸν κάτω λοβὸν τὸν πέμπτον] Galen. citato loco variare numerum fibrarum in variis animalibus notat.

XXV. 1. Κέδματῳ] Galen. in Exegeſi exponit τὰς ἐκ ῥέματῳ χρονίης διαθέσεις, i. e. *veteres ex fluxu affectus*. Malè tamen ibi χρονίης pro χρονίης; vel in universis articulis, vel propriè circa coxendicem.

Ἐυτε ρηγνυμένη αἰμορραγίη ὠκίσα κτείνει] Malè αἰμορραγίη, pro verbo αἰμορραγέη. *Si rupta vena sanguinem effuderit.*

XXV. 2. Διὰ πλόμονⓄ ἢ ἀρήρης ἐκχεομένη] Deest vox αἷματⓄ.

XXV. 3. Ἦν ἡ πρὸ τῶ ἀρχῶ ἐς τῶ κάτω κοιλίῳ τοῖσι ἐντέροισι περιέχεῖ, ὡς ἐμπλείειν τὰ ἐντέρα] Corruptum hinc est περιέχεῖ, pro quo lege περιέχῃ. *Si sanguis intestinalis circumfluxus fuerit.*

XXV. 4. Ἐὖτε πρώτω καθ' ἐν ἐμφανῶσαι τὸ αἷμα] Non valde perspicacem esse oportet, qui hæc corrupta esse non sentiat: πρώτω adverbium est, Latinè *nudius tertius*, καθ' ἐν *sigillatim*: quæ sanè huic loco non quadrant; scribe itaque εὖτε πρώθεν ἢ ἐμφανῶσαι τὸ αἷμα: plana hæc lectio; cui & Crassi versio congruit.

XXV. 11. Προσώπῃ ἐρύθημα ξὺν ἀχρσίῃ] Junius vertit *facies decolor rubet*, quod absurdum videtur; quæ enim rubet facies, quomodo decolor dici possit? Eadem perplexitas in verbis Aretæi: nisi ἀχρσίῃ quarundam vultûs partium tantùm; aliarum rubor intelligatur. Sed puto rubedinem hinc significari *remissam & dilutam*; quod sequentia verba indicant: ὑπερύθηροι ἢ τὸ ξύμπαν σῶμα.

XXV. 21. Ἐπεὶ τὸ θηλεῶδες] Vox hæc occurrit passim apud Hippocratem lib. 2. Epid. sect. 1. φθινοπώρα μάλιστα θηλεῶδες. item 6. Epid. sect. 1. de cujus expositione inter doctos non convenit, ut nec ipsum nomen ejusdem ubique significationis. Duæ autem sunt acceptiones magis vulgatæ, vel pro malignitate vique morbi aut humoris indomitâ & efferâ, qualis atræ bilis; vel pro lumbricis. Loca id confirmantia obvia apud Hippocratem. Fœsius secundam acceptionem magis amplectitur, & citato loco ex 2. Epid. θηλεῶδες exponit, quibus interaneorum animalia autumnii malignitas ingenerat. Verùm aliam acceptionem hujus dictionis minùs tritam nobis hinc insinuare videtur Aretæus, nimirum pro macie extremâ, quâ vultus efferatur. Pravis enim alimentis homines non solum contabescere, sed etiam efferari certum est: ἐπεὶ (inquit) τὸ θηλεῶδες καὶ ἀκμάζουσι, ἢ νέοισι, οἷσι ἰσχνὴ ὑπὸ διαίτης πονηρῆς ἢ ταλαιπωρίας ἢ ἕξις. Aristoteles in probl. Ἀπὸ τῶ θηλεῶδες τὰς ὄψεις καὶ τὰ ἦθη οἱ ἐν τῇ ὑπερβολῇ ὄντες ἢ ψύχας ἢ καύματⓄ. Ibi θηλεῶδες τὰς ὄψεις intelligo *squallore ac macie corporis deformes & ferini*. Atque hōc sensu τὸ θηλεῶδες hinc accipiendum esse, patet iis symptomatis, quæ in hōcce affectu proponit, nempe cutis siccitate, rugis, atque asperitate; tum eos ægros ait esse μαρμαρώδεις.

XXV. 33. Καὶ ἥδε ἡ Διαδοχὴ ἔστι κακῆ] Olim divinavi Διαδοχὴ *intermissio, pausa, inducia*, sed nihil mutandum: Διαδοχὴ propriè *successio*; cui autem aliud succedit, id non est perpetuum. Ita hæc vox pro intervallo rectè accipitur.

Περὶ τῶν κτ' τὰς νεφρὰς ὀξέων παθῶν.

XXVI. 10. Ἐπέχει ἢ τλώδε ἢ λίθῳ, ἢ ἐγγιγνομμένη φλεγμονὴ ἢ αἱμάλωψ] Quibus urinæ fluxus intercipiatur, memorat. Est autem αἱμάλωψ Archigeni fugillatio in oculis, sanguine ex plagâ in partem contusam effuso, quasi αἷμα ἐν ὀπί. Hic verò pro grumo sanguinis accipitur; idémque est quod θρόμβῳ, ut Galenus exponit in libello adversùs Lycum, in descriptione κνήματῳ, hoc est, conceptûs sex dierum, traditâ ab Hippocrate, lib. de naturâ pueri. Hæc sunt verba Hippocratis; ἐν ἣ τῷ ὑμῶν ἐφαίνοντο ἐνεῖσαι ἴνες λευκαὶ, καὶ παχεῖαι εἰλημυρῶσαι ξὺν ἰχώρι παχεῖ, καὶ ἐρυθρῶ, καὶ ἀμφὶ τῷ ὑμῶν ἐξωθεν αἱμάλωπες. Galenus hunc locum explicans, ἀδιάπλαστῳ γὰρ (inquit) τὸ σάρες μαλακὴ ὡδραπλήσι αἱματῳ θρόμβῳ, Διαδέχε' τὴν πρῶτον ἔστι κνήματος ἰδέαν ἐν αὐτῇ τινα ἔχουσαν, καθάπερ Ἰπποκράτης ὠνόμασεν, οἷον αἱμάλωπα, ἐκ τῶν σπέρματῳ ἰστίας, τῷ ἐν αὐτῇ λευκότητῳ ὑπαρχέσης. Ubi obiter pro τῷ legendum censuerim τινός, i. e. quodam existente in ipsâ αἱμάλωπι, mole scilicet consanguineâ, albore ex seminis substantiâ, quæ rudimentum est partium spermaticarum, ut deinceps scribit. Ex quibus Galeni verbis patet, αἱμάλωπα ibi pro θρόμβῳ, hoc est, grumo sanguinis usurpari ab Hippocrate; quemadmodum hic ab Aretæo.

XXVI. 17. Ἰκέλη ἢ ξυμφορῇ ἥδε καὶ ξυωαίωθις] in MS. Mentel. ξυμφορῇ

XXVI. 20. Ὑπνοὶ δὲ διηνεκέες καὶ ἐξαπίνης ἐκθορνύμφοι, ὡς ὑπὸ νύξιος] Θορῶ, salio, ἐκθόρνυμι & ἐκθόρνυμαι, exsilio. Sic apud Lucianum ἀποθορεῖν ἀπὸ τῶν ὕπνου. Talem somni modum notat in Caio Suetonius; *incitabatur insomniâ maximè; neque enim plus quàm tribus nocturnis horis quiescebat, ac ne his quidem placidâ quiete, sed pavidâ miris rerum imaginibus.*

XXVI. 25. Ὅτι πλεῖνες γὰρ περιγίγνον] MS. οἱ πλεῖνες δὲ

XXVI. 27. Ἦν γὰρ καὶ ἐπὶ μικρὸν ἐνδεῶς διεξιέναι (sic in Turneb. Edit.) ῥηιδίως τὸ εἶραι] Legendum διεξίη καὶ

XXVI. 29. Ὁρθῶς τὰδε οἱ νοσήσιες πάσχουσι] Junius, atque jure ista agrotantes patiuntur. Inconsultè; ὀρθῶς hīc idem quod ὀρθοσάδω: apud Hippocratem loca obvia.

XXVI. 31. Καὶ τὰ κτ' τὰς κοίλας φλέβας] Suprà cap. 7. τὴν κοίλην φλέβα in singulari dixit. Hīc in plurali, quia vena cava dividitur in ascendentem & descendentem. Aretæus cap. 7. (p. 24. l. 18.) ἐντεῦθεν δὲ δισαὶ ἐξ ἀποχίσιος γιγνόμεναι πέρην τῆ ἥπατος ἀφικνεόν; & paucis interjectis, postquam cavam descendentem descripsit, subdit, ἀτὰρ καὶ ἡδε κοίλη: ob hanc causam hīc in plurali κοίλας φλέβας dixit.

XXVI. 33. Ἄλλ' ἢ φλεγμονῇ τῇ ξυῖ αἰμορραγίῃ γιγνόμενῃ] MS. τῇ ξυῖ τῇ αἰμορραγίῃ

Περὶ τῶν κτ' τὴν κύστιν ὀξέων παθῶν.

XXVII. 8. Κύστις χαλεπὴ μὲν ἐν νέσοισι] Hippocrat. in prognost. κύστιες γ' σκληραῖτε καὶ ἐπάδωσι, δεινὰ μὲν πάντεσσι καὶ ὀλέθρην.

XXVII. 10. Νεῦρον γὰρ ἢ κύστις] Nervum latè accipit pro nervoso corpore; non enim propriè νεῦρον vesica, sed νεφρώδης. Galenus certè distinguit lib. 3. de alim. cap. 3. Ἐδὴλον δ' ὅτι νεφρώδη μόρια τὰ κτ' τὰς πύδας ὀνομάζω, κατ' ὁμοίτητά τιν' πρὸς τὸ κυρίως καλέμενον νεῦρον, ὃ τ' γένεσιν ἐξ ἐγκεφάλου, καὶ νεφρῶδους μυελῶ λαμβάνει. In quo autem consistat ea similitudo, propter quam uterus & vesica partes nervosæ dicuntur, aperit idem Galenus com. 1. in 1. Epid. part. 2. & nos quoque declaramus nostris in problematis medicis.

XXVII. 15. Ἐπὶ γυναικῶν μὲν γὰρ αὐτέων καὶ ὑπερῶν φλεγμονὰς ἀναπιέζει] Locus mihi mendii suspectus. Sed abstineo.

XXVII. 18. Ἀδρανὴ τε περὶ σολῆς] Ita Galenus lib. 6. de symptomatum causis; Περισσότερον δὲ τι κτ' τὴν κύστιν ἔοικε συμπίπτεσθαι ὑπερπληρωθεῖσαν, ὅπερ ἔχει ἡμεῖς μόνοι τεθεάμεθα γινόμενον, ἀλλὰ καὶ παρ' ἄλλων ἐπιθεάμεθα. Πληρωθείσης γὰρ αὐτῆς, αἰδεσθέντων τινῶν ἐξαναστῶναι τὸ δάπνην, καὶ εἶρησαι, τὸ ἐνεργεῖαν ἀπολέσθαι σωέσθαι, καὶ ἔτι ἠδυνήθησαν ἐκκεῖναι τὸ εἶρον, καὶ ἰκανῶς βιαζόμενοι τύχοιεν.

XXVII.

XXVII. 31. Ἡ βυπρήσει] Plinius lib. 30. cap. 4. *Buprestis animal est rarum in Italiâ, simillimum scarabæo longi-pedi; fallit inter herbas maximè bovem; unde & nomen invenit; devoratúmque tacto felle inflammat ita, ut rumpat.* Herba etiam est ejus nominis, de quâ Theophrastus lib. 7. histor. Plant. cap. 8. Idem Plinius lib. 22. cap. 22. *Buprestim magnâ inconstantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere, iidémque remedia tanquam contra venenum prodiderunt. Et ipsum nomen indicio est, boum certè venenum esse, quos dissilire gustatâ fatentur.*

XXVII. 32. Καὶ πνώμασι (sic in Turneb. Edit.) ἐμπιπέρι) ἡ κύσις] Mira scripturæ depravatio, in dictione πνώμασι. Lege meo periculo, πησοκάμπησι. Genus est erucae in piceis nascens, de quo vide Dioscor. lib. 6. cap. 2. Indicio est verbum sequens ἐμπιπέρι) accenditur. Non enim flatu vesica inflammari potest.

Περὶ ὑστερικῆς πνιγός.

XXVIII. 13. Τὸν χόνδρον τῆ θώρηκος] Cartilaginem intelligit, quam Ξιφοειδῆ *ensiformem* Anatomici appellant: de quâ Galen. lib. 7. de usu partium ita scribit; Διὰ τῆ το καὶ τῶ στήθους καὶ τὸ πέρους, ὃ καλεῖται Ξιφοειδῆς Ἰπιπέφυκε χόνδρος· ἔτος μὲν σαφές ἐστὶ πρὸς βλῆμα, τῆ τε τῆ γαστρὸς σόματι, καὶ τῆ ταύτη μέρους τῆ φρενῶν· ἤδη δὲ καὶ τῆ καρδίας. Notat igitur Aretæus uterum hysteris ad cartilaginem usque ensiformem interdum ascendere; & non in omnem partem vagari; ceu animal quoddam fit in animali, quemadmodum de pudendo ait Aristoteles, libro de motu animalium; eam scilicet partem esse ὡστερ ζῶον κενωμενόν. Quæ opinio etsi fusè à Galeno refellitur in libro 6. de loc. aff. cap. 5. tamen & Hippocratis & Platonis auctoritate, Aretæi quoque hoc loco, atque experientiâ standum potius est, quàm Galeni rationibus, quas & ipse Fernelius, ut experientiæ contrarias, explodit, lib. 6. de sympt. cap. 16. Hippocratis verba sunt lib. de loc. in homine: καὶ οἶον σφαῖραι (μήτραι) ἐν τῇ γαστρὶ ὑποτρέχουσιν.

XXVIII. 30. Ἐξ ὑπόθεσις ἀμβλωθραῖς] Crassus vertit, *ex abortivi fœtus causâ*; oscitanter: ὑπόθεσις hîc *medicamentum* significat, quod locis mulieris inditur: ἀμβλωθραῖς) verò dicitur, quòd abortum faciat. Hippocrates ἐν ὄρκῳ, πρὸς τὸν φθόρον vocat. Juvenalis simpliciter *abor-*

abortivum. (Satyr. 6. v. 366.)

Et quod abortivo non est opus.—

XXIX. 13. 'Οι ὑμῶδες οἱ ὀχῆες] (*Sic in Turneb. Edit.*) MS. ἀνοχῆες *retinacula, seu sustentacula.* Galenus ἀρρήματα appellat, lib. 6. de loc. aff. cap. 5.

XXIX. 15. Νόει ὅπως πρέμνῳ ἔνθα κ' ἔνθα] Scribe ὅπως πρέμνον in neutro. Comparat motum uteri cum motu arboris, quam ventus impellit in diversas partes, ob quam causam nutare videtur. Quia tamen sæpius πρέμνῳ similitudo usurpatur, ad exprimendam rerum stabilitatem, quæ nullam in partem inclinent; quomodo usum Phavorinum, cùm de Socratis constantiâ verba faceret, testatur Gellius Atticarum noct. lib. 2. c. 1. πολλάκις ἐξ ἡλίας εἰς ἡλίον εἰσῆκει, ἀσραβέσειε τ' πρέμνων; venit mihi in mentem, fortasse Aretæum ὅπως πρέμνη, *sicut puppis*, scripsisse, maximè cùm eò spectare videantur sequentia verba, ἄνω τὲ καὶ κάτω πλάει, *sursum & deorsum natat.* Sed tamen receptam lectionem non sollicito.

Περὶ Σαλευράσεως.

XXIX. 27. Σύμβολον τῶν θεῶν πρῆγμα] Generationis scilicet, quæ opus divinum est, nempe participatio æternitatis in rebus interitui obnoxiiis. Generant enim animalia & plantæ, ἵνα τῶν αἰῶν κ' τῶν θεῶν μετέχωσιν ἢ διώαν), inquit Aristoteles lib. 2. de animâ; quare generationem eleganter θεῶν πρῆγμα vocat Aretæus. Porro verba hæc citat ex Plutarcho in Pericle Claudius Minos, commentariis in Alciati emblemata, embl. 77. manifesto lapsu memoriæ; sed & iudicii, qui non adverterit Ionicæ dialecti verba, quæ nusquam apud Plutarchum.

XXIX. 28. Ἐπίκλησις σαλευρίσις] Galenus alio flexu σαλευρασμὸν appellat lib. 2. Methodi. Item in lib. de tumoribus præter naturam, ubi & varios affectus eâ voce significari docet: nam & incipientem elephantiasim ita appellari notat, & tubercula juxta aures: τὸ πρὸς τὸ πᾶθος ἀρχόμενον ὀνομάζει σαλευρασμὸν, ἐπειδὴ πῆς σαλεύρις ὅμοιοί γίνονται τὸ πρόσωπον ἔνιοι ἢ τὰς κ' τὰς κροτάφους ἐξοχὰς ὀσάδας ἔτω καλῶσιν γίνονται ἢ κατ' ἄλλα μόρια τοιαῦτα ἢ ὅσων ἐξοχαὶ κ' καλῶσιν αὐτὰς ἐξοσάσεις ἔνιοι,

ἔνιοι, καθάπερ καὶ τὰς κατὰ φύσιν ἐντάσεις τῶν αἰδοίων μὴ καθιςαυδίας, τίνες ὀνομάζουσι σατυριασμὸν, τινὲς δὲ περιπλισμὸν; tolle obiter mendum, κατὰ φύσιν, pro quo scribe σατυρία φύσιν. Est & morbus σατυρίας dictus Aristoteli lib. 4. de gen. an. cap. 3. cū humore nimio facies tumet, ut fatyris. De fatyriasi iterum noster cap. περὶ ἐλέφαντι.

XXIX. 28. Ἐς ὁμοιότητα τῶν θείων χήματι. Galenus citato libro Methodi, ubi de morborum nomenclaturis, σατυριασμὸν & περιπλισμὸν iis morbis annumerat, qui nomen ἴσθι τὸ πρὸς τι τῶν ἐκτὸς ὁμοιότητι acciperunt.

XXX. 5. Ὅπως περὶ πῖσι ὀργῶσι τῶν τεράγων. Ὅργῶν propriè dicuntur animalia, cū ad aliquem affectum iræ, vel timoris, vel audaciæ, certâ corporis mutatione incitantur; non enim ad rem Veneream tantūm pertinet id verbum, ut plerique existimant. Aristoteles lib. 1. de animâ; μιλῶσι δὲ τὸ ποτὲ μὲν ὑπὸ ἰσχυρῶν καὶ ἐναργῶν παθημάτων συμβαινόντων μηδὲν παροξύνουσα, ἢ φοβέουσα ἐπίσθι δὲ καὶ ὑπὸ μικρῶν καὶ ἀμαυρῶν κινεῖται, ὅταν ὀργῶν τὸ σῶμα, καὶ ἔτιως ἔχη ὡσπερ ὅταν ὀργίζῃ. Ex quibus verbis liquet hoc verbum κατασκευάσειν indicare corporis ad aliquem animi motum, ceu inchoatum affectum. Sic apud Suidam Herodotus ad Olorum patrem Thucydidis; μακαρίζω σε Ὀλορε τὸ Διτεκνίας; ὁ δὲ σὸς υἱὸς ὀργῶσαν ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα. Quapropter non planè assentior Galeno, cū explicans Aphorif. 22. sect. 1. ait hoc verbum translatum esse ab animalibus ad Venerem concitatis. Latius enim patere hoc verbum, origo ipsa indicat; ab ὀρέγω enim appeto, per syncopen factum est ὀργῶ, indè & ὀργή. Hippocrat. ἰργίσααδ τὸ ὅμοιον dixit 6. Epid. pro humores πρὸς ἐκκρῆσιν ἐπιμέμει σατυριασμάσαι, promptos paratósque ad excretionem facere.

XXX. 18. Λόγῳ δὲ ὅτι καὶ γυναῖκες. Disputatio hęc de nomine (ut vulgò loquuntur). Negat Aretæus foeminas fatyriasi laborantes esse; quòd non habeant μόρμα ἐς ὀρδίησιν, caudam videlicet falacem, quæ propter naturam rectè maneat, qualem fatyri habent. Verūm ut largiamur eâ causâ in foeminis σατυρίασιν dici non posse; attamen hoc non obstat, quominus affectus idem, qui viris ὀρδίησιν facit, iis verè accidat: nam & mulieres tentiginem pati suo modo testatur Galenus lib. 14. de usu part. αὐτὸν (supple αὐχένα τῶν ὑστέρας) ἐκκεράσαι δικάϊον μέγεθος, σκληρότητι μὲν νέμασα ποσῶτον, ὅσον δριτύηλά τε ἅμα καὶ εὐδύτητα παρῆξιν

ἔχειν αὐτῷ σύμμετρον ἔμελλεν ἔσεαθ' ἐν τῷ ἔσπερματι ὑποδοχαῖς, &c. Paul. Ægin. lib. 3. cap. 56. disertè de satyriasi agens, ἔσι τὸ νόσημα πά-
ντων μὲν, καὶ γυναιξίν συμβαῖνον. Quòd autem fœminæ affectum ipsum,
qui subest ei nomini, patiantur, confirmari potest verbis Juvenalis de
Mieffalinâ, Satyr. 6. v. 128.

————— *tamen ultima cellam*
Claust adhuc ardens rigide tentigine vulvæ.

Cùm enim impudicissima illa uxor nullâ Veneris abundantiâ fatiari
posset, ut ipse ait Juvenalis, planè affirmare licet hanc laborasse
eo affectu, qui in viris Satyriasis dicitur; utpote quæ, ut initio Aretæus
definit, nihil aliud sit, quàm ὄρμη ἀρχεῖ ἐς ὀμιλίω, *libido effra-*
nis; quæ nullo concubitu sedari potest; εἰδὲ ἐπὶ πολλοῖσι καὶ συνεχέεσι
ὀμιλίωσι πρηύνον τὸ ὄρθηον. Ejusmodi esse & furorem uterinum arbi-
tror satyriasi virorum analogum, quem ad clariorem doctrinam μα-
χλοσιώω appellat Aretæus, quasi propria sit fœminarum μαχλοσιώη,
verbis, ut simile est, Hesiodi inductus his; μαχλότα τὸ γυναικίως
(Erg. v. 584)

I N L I B R U M P R I M U M
D E
C A U S I S & S I G N I S
D I U T U R N O R U M M O R B O R U M.

XXXII. 7. Ἀμαρτάνωσι ἐν τῇσι μακρῇσι διαίτησι] Hippocratis de ægro-
rum intemperantiâ elegans sententiâ est lib. περὶ τέχνης; καὶ πλήρεις μὲν
τῆ νόσῳ, κενοὶ τὸ σιτίαν, ἐθέλοντες τὰ πρὸς τὴν νόσον ἡδέα μᾶλλον, ἢ τὰ πρὸς
ὕγιάνω προσδέχεσθαι.

XXXII. 10. Θανάτω δὴθεν αὐτὴς ὀρεγόμενοι] Aliter Hippocrates cita-
to loco; ægros nolle quidem mori, sed tamen morbi molestiam con-
stanter ferre non posse, ἐκ διαφορεανεῖν ἐρώνητες, ἀλλὰ καρτερεῖν ἀδιωατέοντες.
Sed non diversa Hippocrati sentit Aretæus. Verùm transpositio par-
ticulæ

ticulæ ὡς sententiam corrumpit. Ita enim legendum; ὑποδιδρήσασιν οἱ κάμνοντες, ὡς θανάτου δῆθεν αὐτέων ἐρεγόμενοι. i. e. sic curationum molestias subterfugiunt, ac si mortem planè expeterent.

XXXII. 11. Καὶ χάρλις ἀβλαβῆς τῆ ἡδέων] De hęc re Hippocrates hęc modo in sexto Epid. sect. 4. part. 7. αἱ πῖσι κάμνοντι χάρλις, οἷον τὸ καθαρῶς δρᾶν ἢ πῶλᾶ ἢ βρωτᾶ, ἢ ἂν ὀρεᾶ, μαλακῶς ὅσα ψαύη &c. Eodem spectat illud in aphor. τὸ μικρῶ χεῖρον, &c.

XXXII. 12. Καὶ παρφασίς] Ionicè pro παρφασίσι à verbo παρφασιζομαι; significatque admonitionem, consilium, consolationem, deceptionem. Homerus Iliad. λ. v. 792. ἀγαθὴ ἢ παρφασίς ἐστὶν ἐταίρου, bona est amici admonitio. Idem Homerus Iliad. ξ. v. 217. ubi ceston Veneris describit:

Ἐνθ' ἐνὶ μὲν φιλότις, ἐν δ' ἡμερῶν, ἐν δ' ἰατρῶν,
Παρφασίς, ἢ τ' ἐκλείψει νόον πῶκα περ φρονεόντων.

Ubi παρφασίς videtur accipi pro blandâ persuasione, quâ quis decipitur; & hæ acceptiones hujus nominis probè quadrant huic loco. Nam & medicorum est admonere ægrotos, & blandâ oratione permulcere ac consolari, non acerbè increpare atque corripere; ut quidam Callianax, qui ægro interroganti, num ex morbo moreretur, respondit Homericò versu 107. Iliad. φ.

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

Refert Galenus com. 4. ad 6. Epid. part. 8. Sed etsi deceptionem hęc voce intelligamus, quemadmodum Junius, nihilo fecius commoda erit interpretatio: Si quidem & ægri interdum decipiendi sunt, cùm aliter curari non possunt. Sic Galenus lib. 14. meth. illustrem foeminam Romæ herpete laborantem, & medicamentum ad bilem purgandam sumere pertinaciter recusantem fefellit utiliter, immisso clanculum in ferum lactis scammoniaë pauxillo. Lucretius, lib. 1. v. 935.

Nam veluti pueris absinthia &c.

Notissimi sunt versus & obvii. Ob hanc causam Plato lib. 3. de Republ. medicis, sicut & magistratibus, mendacium concedit; εἰ γὰρ ὀρεῖται ἡμεῖς ἐλέγομεν ἀρετῆς, καὶ τῶ ὄντι θεοῖς μὲν ἀρετῆσον ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρησίμον ὡς

ὡς ἐν Φαρμάκῃς εἶδει, δῆλον ὅτι τό γε ποιῆτο ἰατροῖς δόξον, ἰδιώταις ᾗ ἔχ ἀπλήρον.
 XXXII. 12. Καὶ τὸν νοσέοντα χρῆ ἄλκιμον ἐμμεραι] Hippocrates aphorif.
 I. sect. I. δεῖ ᾗ ἔ μόνον ἐαυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιεῦντα, ἀλλὰ καὶ τὸν
 νοσέοντα.

Περὶ Κεφαλαίας.

XXXII. 20. Κῆν δὴν πλεῦνας] Aut reponendum, aut subaudiendum
 ἡμέρας, *ad plures dies.*

XXXII. 22. Καὶ προσεπιγίγνη) μέζω τε καὶ πλεῦνον δυσαλθῆ] Locus vi-
 detur corruptus: duo hæc nomina μέζω, δυσαλθῆ, ad vocem ἄλγημα
 referri debent, at quomodo in hōc flexu, scribendum enim effēt μέ-
 ζον, δυσαλθές. Sed video: sunt hæc neutra pluralis numeri, post substan-
 tivum singulare, κατ' ἐναλλαγῶ Ionibus atque etiam Atticis familiarem;
 πλεῦνον quoque malè pro πλεῦν. Ita enim Iones pro πλέον; ut passim
 apud Herodotum.

XXXII. 24. Ἄϊδι⊙ ὁ πόν⊙] Ita Græci αἰεὶ & αἰδίου dicunt, quod
 longo tempore perseveret. Ab his Plinius lib 16. ubi de visco agit:
adjiciunt discrimen visco, in his quæ folia amittant, & ipsi decidere;
contrà inherere nato in eternâ fronde. Exempla obvia apud bonos
 autores.

XXXII. 25. Ἀμφιμερὸν (sic in Turneb. edit.) παρ' ἡμέρω] Scribe
 ἀμφιμερὸν ἢ παρ' ἡμέρω, ut iis, qui quotidianâ febre aut tertianâ la-
 borant. Ita Græci ἀμφιμερὸν vocant, cujus accessiones quotidie
 prehendunt: παρ' ἡμέρω, quæ alternis diebus redit. Hanc & διὰ τετ-
 τῆς iidem Græci vocant; unde τετταῖ⊙ πυρετός. Hippoc. sect. I. aphor.
 12. καὶ αἱ τ' ἀειόδων πρὸς ἀλλήλας ἀναποδάσσεις, ἢντε καθ' ἡμέρω, ἢντε παρ'
 ἡμέρω, ἢντε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίγνων). Galenus in Commentario
 hæc explicans, quotidianam, tertianam, & quartanam febrem subjicit.

XXXIII. 2. Ὦς] Auris, pro ἔς.

XXXIII. 6. Κέρασι ἰκελοι] Al. κερφέσι.

XXXIII. 7. Ὀφθαλμῶν ὑποβρύχιος πόνος ἄχρη μιλίγλω.] Galenus lib 3.
 de loc. aff. cap. 9 interni doloris signum hoc facit, si oculorum radi-
 ces doleant: ἐκ ἀπεικός ᾗ ποῖς μὲν τισιν αὐτῶν τὰς περὶ τὸ ἐγκέφαλον ὀδυνᾶ-
 σθαι μιλίγλω· ἐνίοις ᾗ τὸ περικεφάλιον ἢ διέκρησις ᾗ αὐτῶν ἐν τῷ διήκειν, ἢ μὴ διή-
 κειν.

κεν τὰς ὀδύνας, εἰς τὰς ρίζας τῶν ὀφθαλμῶν. Ἐυλογον γὰρ οἷς ἡ διάθεσις ἔνδον εἶ κερανία, τέτοις εἰς τὰς τῶν ὀφθαλμῶν βάσεις ἀφικνεῖσθαι τὸ πόνον, ἐπειδὴ καθήκασιν εἰς αὐτὰς ἀπόφύσεις ἐξ ἐγκεφάλου τε καὶ ἀμφότερων μωίγγων, ἔτι τε καὶ τὸ ἐν αὐταῖς ἀγλείων. Sed hæc distinctione quidem frustra est Galenus, quando & externum dolorem ad radices oculorum pertingere consentaneum est, ob eam causam, quòd pericranium, cui inhæret, oculorum orbitam prætexit.

XXXIII. 8. Ἰδρῶς ἀχέει τενόνων ἐξαπίνης ἄλογος, ὡσπερὶ τινος πατάξαντος ξύλου] Junius; *Sudor ex tendonibus immodicus effluit repente, neque cohiberi potest, neque ulla causa præcessit, perinde ac si quis ligno plagam inflixerit.* Absurdam esse hanc sententiam, nemo non videt; incusso enim fuste tendonibus quidem citra vulnus, vibex ex contusione sequitur; cùm vulnere sanguis profluit, non sudor. Deinde ut sudor profluat, quomodo is ἄλογος absque causâ, cùm dolorem capitis sequatur? Quare ita hæc distinguenda sunt, post ἰδρῶς ἀχέει, ponatur virgula; tum in his τενόνων ἐξαπίνης ἄλογος, repositâ, quæ excidit, voce πόνος, lego τενόνων πόνος ἐξαπίνης ἄλογος, hoc est, *tendinum dolor subitus sinè causâ, quæ quidem appareat.* Ita Galenus 5. de fanit. tuendâ; ἡμίκενα γῆν ἐνοχλῆν πολλοῖς, καὶ τένονας ἄλλοι σιωεχῶς ἀλγῶσιν ὅππὲρ μικραῖς προσφάσεσιν: quem locum respexisse videtur Aretæus.

Περὶ Ἐπιληψίης.

XXXIV. 9. Ἡλικίησιν τε τισὶ κρείττοσιν] Meliorem ætatem appellat adolescentiam, quomodo Afranius malam ætatem pro senectute usurpavit hęc versu:

Mala ætas nulla delinimenta invenit.

Et Plautus Mostel. (At legitur in Menæchm. Act. 5. Sc. 2. v. 6.)

Ut ætas mala, merx mala est ergo.

Virgilius;

*Optima quæque dies miseris mortalibus ævæ
Prima fugit.*

XXXIV. 9. Ὁρη τῆ ἀραιῆ] Eâdem formâ dictum, quâ οἶνος οἰνώδης (p. 150. l. 35.)

XXXIV. 10. Ὑπ' Ἐτυχίης] Secundæ fortunæ adscribit, quodd morbus comitialis commutatione ætatis tollatur: quia videlicet non omnes ita liberantur; immo pauci, quos æquus amavit Jupiter, eo beneficio fruuntur. De prosperâ in morbis fortunâ infrâ fusiùs dicemus.

XXXIV. 11. Δι' ἄλλης ἡλικίης μέζονος] De hac re est aphorif. 45. sect. 2. τῆ ὀπιλητικῶν πῖσι νέοισιν ἀπαλλαγῶ, &c. Ἡλικίῳ μέζονα intelligit juventutem, quæ cùm sit calida & sicca, pituitas illas morbi comitialis auctores absumit aut discutit.

XXXIV. 12. Φθόνῳ τῆ κάλλεος] Olim φθόνῳ, fuscicabar legendum. Sed nihil muto. Alludit ad vulgi opinionem, quâ credebantur formosi pueri lædi invidiâ contuentium, atque fascinari: quâ de re fusè Plutarchus in sympos. lib. 5. cap. 7. Heliodorus lib. 3. Æthiop. cap. 8.

XXXIV. 14. Οὐτε ἡλικίης μελαεολαῖς ἐξοδὸν παύει] Lege ἐς ἐξοδὸν

XXXIV. 17. Ἐπὶ ἀφόδῳ] Comitialibus sub finem accessionis alvi retrimenta prodire, patet ex libello de morbo sacro: ἡ δὲ καὶ τῆ κόπρα τὴ παρῆ, ὁ πολλάκις τισὶ γίνετ' ὑπὸ τῆ νέου βιαζομῆροι, Ἐνοδία πρόσκειτ' ἢ προσωμῆ. Quibus verbis insuper exagitur impossura sacrificulorum, qui symptomata teterrima ei morbo accidentia certis Diis assignabant, ut stercoreis secessum τῆ Ἐνοδίῳ conjecturâ, ut apparet, sumptâ ab affinitate nominum ἀφόδος, quod *alvi retrimentum* significat, & ἐνόδιον. Hæc enim nomina ab eodem, nempe ἰδὸς, quod est *via*, additis initio præpositionibus derivata & conflata. Quâ conjecturâ quid futilius dici potest? Erat autem Ἐνόδιος, cognomentum Dianæ, cui Colophonios catulum nigrum immolâsse auctor est Pausanias in Laconicis; θύουσι γὰρ ἢ Κολοφώνιοι μέλαιναν τῆ Ἐνοδίῳ σκύλακα. Fœfius ad hunc locum Dianam compitalem fuisse autumat.

XXXIV. 19. Ἐς τῆ Σελεύῳ ἀλιτροῖσι] A Lunâ immitti hunc morbum iis, qui ipsius numen violâssent, priscis illis persuasum fuit; unde verbum σελεύῳ ἀλιτροῖσι & σελεύῳ ἀλιτροῖσι apud Matthæum cap. iv. ποικίλαις νόσοις, ἢ βασάνοις συνεχομῆροι καὶ δαιμονιζομῆροι; & cap. 17. Κύριε ἐλέησον με τὸν υἱόν, ὅτι σελεύῳ ἀλιτροῖσι, ἢ κακῶς πάσχει πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, ἢ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ. Ex quibus verbis liquet, epilepticos dici lunaticos. Galenus lib. 3. de diebus criticis cap. 2. à Lunâ comitialium circuitus.

cuitus custodiri asserit. Ἱερὰ νόσος αὐτῇ τῇ σελεύῃ ἀνάκει· ὑπὸ γὰρ ταύτην γίνεσθαι φασί. Suidas in Ἱερὰ νόσος. Idem Ἱερὴν interpretatur θωμασὴν. Invaluit autem ea opinio, quòd viderent morbum augeri statis lunæ temporibus, nempe plenilunio, aut interlunio. Cujus discriminis causam acutè explicat Vallesius lib. de sacrâ Philosophiâ cap. 71.

XXXIV. 20. Ἱερῶν κικλήσκουσι τὸ πάθω] Hanc quoque causam ait esse, cur is morbus sacer dicatur, quòd nimirum à Lunâ, quæ Deorum una, immitti credatur; quam stultam persuasionem pluribus argumentis convellit Hippocrates lib. de morbo sacro. Alias verò ipse affert, nempe morbi magnitudinem; Ἱερὸν γὰρ (inquit) τὸ μέγα: quo sensu Ἱερὸν ὄσαν, à magnitudine dictum anatomicis; & Ἱερὰ νόσοι omnes magni & periculosi morbi, apud Athenæum lib. 7. cap. 10. ubi de Menecrate medico: τὰς ἐν θωραποδομίαις ὑπὸ αὐτῷ τὰς Ἱερὰς καλεώμενας νόσους συγγράφουσι ἠνάγκαζεν, ὅτι ὑπακέρσον) αὐτῶ δὲλοι πεισωθέντες. Ad quem locum Cataubonus notat Ἱερὰς νόσους ibi esse ἀπεγνωσμένας, desperatos morbos. Atque hòc sensu Ἱερὸν λόχον *sacrum agmen* Thebanis dictum interpretari licet, quòd ejus præcipua esset vis, eoque maxime confiderent, utpote quòd ex selectis viris & bellicâ virtute spectatissimis conflatum esset; ut innuit Plutarchus in Pelopidâ: τὸ δ' Ἱερὸν λόχον (ὡς φασι) σωετάξατο Γοργίδας πρῶτος ἐξ ἀνδρῶν Ἰππικίων τριακοσίων, οἷς ἡ πόλις ἀσκήσιν καὶ διαίταν ἐν τῇ Καδμείᾳ θωραποδομοίαις παρέϊχεν, καὶ διὰ τὸ ἐκ πίστεως λόχος ἐκαλεῖτο. Verùm hæc ratio stare non potest, quia tunc plures essent Ἱερὰ νόσοι: at unum esse hunc, de quo agimus, nempe comitalem eo nomine cognitum liquet ex libro de morbo sacro, & aliorum medicorum libris; εἰ γὰρ διὰ τὸ θωμασίον, θεῶν νομείον, πολλὰ τὰ Ἱερὰ νοσήματα ἔσαι, καὶ ἔχι' ἓν.

XXXIV. 21. Ἡ ἰήσιος ἐκ ἀνθρωπίνης] Superstitiosas magorum curationes intelligit, de quibus diligenter Hippocrates citato libro. (Ὁκοιν. λεῖτ. ἀνθρωπίνης)

XXXIV. 22. Ἡ δαίμονος δόξης ἐστὶν ἀνθρώπων εἰσόδω] Dæmonis in homines ingressu morbum comitalem conflari existimabant, quâ opinione Mahumetum Turcarum legislatorem usum ferunt, ad persuadendum illis barbaris, quòd statis temporibus ad se angelus Gabriel accederet, cujus aspectu exanimaretur; at nebulo iste ab ineunte ætate morbo comitali corripiebatur. Quòd autem ea opinio de Dæmonis insultu pervul-

pervulgata esset, ex citato sæpius Hippocratis libro perspicui potest: ubi ἡρώων ἐφόδως nominat, & causam declarans, cur miseri illi accessum morbi præsentientes in loco secreto se includant: τῆσδε ἡ (inquit) ποιήσει ὑπὸ αἰχμύης τῆ πάθει, ἢ ἔχ ὑπὸ φόβῳ, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσι, τῆ δαιμονίᾳ.

XXXIV. 26. Ἐξάνθρωποι] qui femoti ab hominum societate vivunt.

Περὶ Μελαγχολίης.

XXXV. 5 Κάτω ἢ ἐξιῖσα, ἢ κάρη ἀνώλεθρον] Non temere bilem exactè atram excerni absque perniciæ docet Galenus lib. de atrâ bile his verbis: ἐγὼ δ' ἐκ μειρακίᾳ πάρα Πέλοπι τῷ διδασκάλῳ μαθὼν ἑκατέρῃ τ' χυμῶν τὰ γνωρίσματα, καπεῖτα ὡραφυλάττων αὐτὰ δι' ὅλα τῆ ἐμῆ εἰς μέχρη δεῦρο, τ' μὲν τ' ἀκερῆς μελαίνης χολῆς χυμὸν ὀλεθρῶς ἐκκεκρόμενον ἐθεασάμην αἰεὶ.

XXXV. 10. Φυσώδεις τῆσδε ἐκίκλησκον οἱ πρόσθεν] Genus melancholiciæ, quod à ventriculi cruditatibus nascitur, intelligendum est; quo qui laborabant, φυσώδεις dicti, sicut & ipse morbus flatuosus à quibusdam cognominatus est; ut quidem Diocles testatur apud Galenum, lib. 3. de loc. aff. Verba Dioclis sunt ejusmodi: ἄλλο γίνετ' ἢ μὲν περὶ τ' κοιλίαν, ἀνόμοιον δ' ἔστι τῆσ προειρημένοισ· καλεῖσι δ' αὐτὸ, οἱ μὲν μελαγχολικὸν, οἱ δὲ φυσώδεις, &c. Huc spectant verba philosophi sect. 30. probl. 1. ὁ, τε χυμὸς, ἢ ἡ κοίσις ἢ τ' μελαίνης χολῆς πνδματικά ἐστι· δι' ὃ ἢ τὰ πνδματώδη πάθη, ἢ τὰ ὑποχόνδρια μελαγχολικὰ οἱ ἰατροὶ φασιν εἶναι. ibid. οἱ μελαγχολικοὶ πνδματώδεις. Causa autem, cur melancholici flatulenti, abundantia est cruditatum, quæ in iis gignuntur vitio, cùm temperamenti frigidi & ficci, tum humoris nigri, qui calori adversatur.

Μελεξείεροισι δὲ ἔδε φύσα, ἔτε μέλαινα χολὴ ἐγγίγνετ'] Genus quoddam melancholicorum proponit, qui neque flatibus, neque atrâ bile abundant, sed irâ immoderatâ, mœrore, atque ingenti animi consternatione produntur: eosque nihilominus melancholicos appellari tradit, quòd iræ argumento bilis denominationem fortiantur; sicut immanitas iræ nigredinis appellatione intelligitur; nigredo enim inauspicati ac perniciosi symbolum censetur. Declarat id versibus Homeri ex Iliad. α. v. 101.

————— πῖσι δ' ἀνέστη
 Ἦρωσ' Ἀτρεΐδης, Ὀρourkeίων Ἀγαμέμνων,
 Ἀχνύμρῳ μῦθε δὲ μέγα φρένες ἀμφὶ μέλαινας
 Πίμπλαντ', ὅσπερ δὲ οἱ πυρὶ λαμπετάωνι εἴκλω.

Ubi μελαίνας φρένας exponit furentes, irascentes, nigroris appellatione, ut dixi, ad immanitatem affectûs translata: cui congruit scholiastes, qui μελαίνας τετραεγμύρας διὰ τὸ ὀργλῶ exponit. Eodem igitur & sensu Virgilius de Hercule dixerit (*Æn.* 8. v. 19.)

*Hic verò Alcide furii exarserat atro
 Felle dolor.*

XXXV. 18. Ἐυτ' ἂν ἰπὸ τῷ κακῷ κλεινέων)] Ait hosce iracundos, fieri melancholicos, cùm eo malo moriuntur, hoc est, cùm affectus ad extremum pervenit. Verbum κλείνω non semper significat separationem animæ à corpore, sed excessum rei cuiuspiam, qui non longè absit à morte, ut in hōc verbo λιμοκλονεῖν. Sic in Ciri Virgilianâ, (v. 235.)

————— cùm mæsta parentis
Formosos circum virgo morerere capillos.

Lucretius 4. v. 1116.

————— ῥαδινὴ verò est jam mortua tussi.

XXXV. 19. Ἐπὶ μὴ φαντασίῃ] Proprium id melancholicorum, ut uni cuidam imagini mentem addictam habeant. Themist. ad lib. de divinatione: ἔγωγε καὶ οἱ ἑμμανεῖς ἐχόμενα τῷ ὁμοίῳ διανοῶν) καὶ βλέπεσι, καὶ πρὸς τέτοις, διὰ τὸ σφοδρότητά σὺν ἑκκρέσει) αὐτῶν ἢ κίνησις ὑφ' ἑτέρας κινήσεως. Ob eam causam hosce imagini uni addictos comparat Aristoteles Philægidæ poematis, quod ea μεταβολὰς προσώπων καὶ διηγημάτων μεταπτώσεις, i. e. vices personarum & narrationum varietates nusquam haberent; inquit Themistius eodem loco.

XXXV. 22. Ἐς λυπλῶ καὶ θυμηδίῳ μῆνον] Mendi mihi suspectus locus. Hæc enim sententia est; Melancholiam videri initium esse ac rudimentum μανίας, i. e. furoris, insanie, quod furentibus animus modò

ad

ad iram, modò ad hilaritatem declinet: melancholici ad tristitiam & iram tantùm. Quocirca pro *θυμηδίων* legendum cenſeo *ὄξυθυμίων*, vel, ut legit Junius, *ἀθυμίων*. Ratio conſtat hujus emendationis. Dicit Aretæus melancholiam eſſe initium furoris; ergo oportet aliquid eſſe in furore, quod non fit in melancholiâ. Furori inſunt ira & *θυμηδία*, i. e. *voluptas*: non igitur melancholiæ cum triſtitiâ hæc ineſſe poteſt; alioqui non differunt hi affectus. Nam & melancholiæ conjunctam eſſe iram, Aretæus ipſe fatetur, in ſignis melancholiæ recenſendis: *ὄργη ἀκρηστος, καὶ λύπη, καὶ κατηφείη δεινή*. Et in calce hujus capituli de juvene, quem amor liberavit à melancholiâ: *ἐπεὶ ἡ τὴν ἐρωτὰ ξυψέ τῆ κέρη, παύει τὴν κατηφείης, καὶ Δρασκίδησι ἐργώτε καὶ λύπιω*. Et Plutarchus de Lyſandro in parallelis, *ἤδη ἡ παντάπασιν χαλεπὸς ὦν ἐργώ, Διὰ τὴν μελαγχολίαν Ἰπτείνεσαν εἰς γῆρας, παρῶζωε τὰς ἐφόρας*. Quòd autem differant melancholici ab inſanis hòc diſcrimine *θυμηδίας*, quòd eâ ſcilicet careant, quamdiu melancholici permanent; luce clarius declarat Aretæus, cum ait, *ὡς ἡ ἐξ ἀθυμίας ἀλλοτρε καὶ ἀλλοτρε Δράχουσι γένη, ἡδονὴ προσιγίνε, Ἰπὶ ποῖσι πλείουσι· οἱ ἡ μαίνον*: quibus ex verbis liquet, melancholicos, cum è triſtitiâ in hilaritatem tranſeunt, non amplius dici melancholicos, ſed furentes. Sed hoc ad judicandum aliis malim credi à me propoſitum, quàm quòd lectionem vulgatam ſollicitandam putem; cum apud Paulum Æginetam inter ſigna melancholicorum, riſum quoque poſitum videam; *καὶ τὰς μὲν αἰεὶ γελάειν, τὰς ἡ κλαίειν* lib. 3. cap. 14.

XXXV. 23. *Ὅτι ἐνὶ εἰδεί]* De variis melancholicorum imaginibus, vid. Galen. lib. 3. de loc. aff. cap. 6.

XXXV. 28. *Ἀπὸ κοίαν]* Scribe *ἀπὸ κοίαν* non aspirato *π᾽ Ἰωνικῶς*.

XXXV. 31. *Τὸ πρῶτον ὄξυθυμίας ἐς γέλωτα]* Lege *ἀθυμίας* ad marginem verſionis Latinæ rectè notatum, *tristitiæ*.

XXXVI 2. *Κάκιον ἡ ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες ἐκμαίνον]* Eâdem ratione, quâ *ὄξυθυμώτεροι*, *proniores ad excandescentiam*, nimirum ob judicii infirmitatem. Argumento eſſe poteſt, quod de Bacchantibus legimus, quæ à furore *μαινάδες* dicebantur. In iis enim orgiis ſceminæ primas partes tenebant furoris quâdam prærogativâ, præſertim in Thraciâ, de quibus Plutarchus ita ſcribit in Alexandro: *ἕτερον ἡ περὶ τῶν ἐς λόγον, ὡς πᾶσαι μὲν αἱ τῆδε γυναῖκες, ἐνοχοὶ ποῖς Ὀρφικοῖς ἔσαι, καὶ τοῖς περὶ τὸν*

Διόνυσοι ὀργιασμοῖς, ἐκ τῆ πάνυ παλαιᾷ, Κλώδωνές τε καὶ Μιμαλλῶνες ἐπανυμίαν ἔχουσαι, πολλὰ ταῖς Ἠδωνίσι, καὶ τῆ περὶ τῆ Ἄϊμον Θρήσσαις ὅμοια δρῶσιν, & quæ sequuntur. Ad alia etiam, in quibus furore opus, fœminæ semper quæsitæ, ut Sibyllæ ad vaticinandum; quod furoris opus existimatur. Quantus autem fuerit Sibyllarum furor, liquet ex iis, quæ de Cumæâ vate cecinit Maro 6. Æneidos v. 46. Tanta enim vis furoris illius fuit, ut quædam in accessione exanimarentur, ut de quâdam refert Plutarchus lib. de defectu oraculorum.

XXXVI. 4. Ἐὰρ ἡ κέρνει] Rectè & congruenter Galenus, qui exponens aphorif 20. (sect. 3.) quo morbi veris enumerantur, in quibus τὰ μανικά, καὶ τὰ μελαγχολικά, &c. eam causam affert; quòd eo tempore morborum feminaria ad extremas partes & cutem quodam crifeos impetu pellantur: quo fit, ut pericula, quæ à pravis humoribus impendebant, planè avertantur, sítque ver ὑγιεινότητα καὶ ἥκιστα θανατῶδες. Ver igitur aucto naturæ vigore multos, quos autumnus gignit, morbos judicat.

XXXVI. 8. Καὶ τὰ βῆθη ἔκπονον] Arist. sect. 30. probl. ubi de morbis melancholicorum agit, ἄλλοις ἡ (inquit) ἀθυμία ἰσχυραὶ, ἢ φόβοι ποῖς ἡ θάρρη λίαν, οἷον καὶ Ἀρχελάφ συνέβαινε τῷ Μακεδονίας βασιλεῖ. Suetonius cap. 51. de Caligulâ, quem fuisse melancholicum ex ipsius vitâ colligi potest; non immeritò (inquit) mentis valetudini attribuerim diversissima in eodem vitia, summam confidentiam & contrâ nimium metum.

Ἐὖτε καὶ ὄνειροι ἀληθεές] Aristot. lib. de divinatione per infomnia; μελαγχολικοί, διὰ τὸ σφόδρα, ὡπερ βάλλοντες πύρρωθεν, εὐστοχοί εἰσι, καὶ διὰ τὸ μελαβλητικὸν ταχὺ τὸ ἐχόμενον φαντάζον) αὐτοῖς. Themistius ad eum locum; καὶ αὐτοῖς τὸ μέλλον ὡπερ προαρπάσσει τῷ τάχει τῆ κινήσεως ἀμετάβολον γὰρ ὄν τὸ φανταστικὸν αὐτοῖς ταχὺ τὸ ἐχόμενον τῆ ἀρχῆς τῆ ἐσομένων φαντάζει).

XXXVI. 9. Ὀκόσα γὰρ ὑπερεκτρέπον) ἔπω οἱ κακῆ] Corrupta, ni fallor, lectio. Crassus: Quotquot enim à naturali statu valde aliena sunt, ea non protinus huic malo insunt, sed per quietem videntibus sese offerunt; quæ versio nec Græco contextui quadrat, nec probum sensum præ se fert. Sic igitur emendo: ἔπω ὅτι κακῆ, quæ longiùs à statu naturali discedunt, hæc, nondum præfente malo, imaginatione, in somnis præcipiunt atque occupant. Cùm dictionis, ὄντος, posteriores literæ evanuisent, atque etiam litera γ ex parte adesâ, superesset

et indocti quidam ex iis reliquiis fecerunt οἷ, hoc est, pronomen
tertiæ personæ in dandi casu, quod hîc locum habere non potest.

XXXVI. 12. Ἀλλὰ περιιλίη νοσήματι] Morum inæqualitatem in me-
lancholicis animadvertit quoque Aristoteles sect. 30. probl. 1. ὅσοις ἢ
ἐν τῇ φύσει σωέση κράσις πιαύτη, εὐθύς ἔπι τὰ ἤθη γίνοντι πανθοδαποί. Ibi-
dem: Διὰ ρθρὸν τὸ ἀνώμαλον εἶναι τὸ διώματιν τὸ μελαίνης χολῆς, ἀνώμαλοι εἰσιν
εἰ μελαγχολικοί.

XXXVI. 15. Βίον ζώωσι ζωάδεα] Causam reddit philosophus libro
de somno & vigiliâ cap. 3. οἱ ἢ φλεβώδεις ἔχ ὑπενωτικοὶ δι' ἀρτύτητα (εὐροι-
αν) τὸ φλεβῶν, ἀν μὴ τι ἄλλο πάθῃ ἔχωσιν ὑπεναντίον· εἰδ' οἱ μελαγχολι-
κοὶ κατέψυκτον ἢ ὁ εἶσω τόπον, ὡς' εἰ γίνετον αὐτοῖς πλήθος ἀναθυμιάσεως.
Διὰ τῆτον ἢ καὶ βρωχικοί, σκληροὶ ὄντες ὡσαυτὸν ἢ εἰδὲν ἀπολελαυκότα διέκειτον τὰ
σώματα αὐτοῖς. Quia malè nutriuntur melancholici ob duritiem corpo-
ris, & sanguinis nigri acerbitem; idcirco perpetuò esuriunt, ut
inter cibos Tantalus: hinc voracitas. Galenus, libro de plenitudine,
saporis avido succi melancholici ventriculum imbuentis id adscribit:
ικανῶς ἢ πινώδεις (lege πεινώδεις) εἰσιν, οἷς ἀν ἢ μέλαινα χολή τὸ ὀξείαν ποιό-
τητα κρατῆσαν ἔχει.

XXXVI. 18. Ἀγρυπνίη ἢ σκίδνησι εἰς τὸ ἔξω φορῶν] Ob hanc causam
Hippocrates vigiliam voracem dixit, 6. Epid.

XXXVI. 21. Φυσώδεις κατ' ὑποχόνδριον] Ejusmodi melancholia hy-
pochondriaca appellatur, Arabibus Mirachialis à voce *Mirach*, quæ eo-
rum linguâ significat *hypochondrium*. Hujus meminit Aristotelis sect.
30. probl. δι' ὃ καὶ τὰ πνευματώδη πάθη καὶ τὰ ὑποχόνδρια, μελαγχολικά οἱ ἰα-
τροὶ φασιν εἶναι lege καὶ τὰ ὑποχόνδρια,

Περὶ Μανίης.

XXXVII. 5. Ὅθεν τι ἴκελον ἢ λήρησις] Distinguit amentiam senilem
à manîâ : quòd illa defectu caloris accidat; hæc excessu caloris &
siccitatis, ob idque actiuosa fit & turbulenta : item quòd senilis amen-
tia non habeat intervalla, solâque morte finiatur: mania, & intermit-
tat, & curetur. Sed & genere ipso, seu essentiâ ipsâ differunt, quòd
mania species fit τὸ ψευδοφροσύνης, nempe depravata mentis actio,
cùm quis ratiocinando aberrat: ψευδολλάξιας φρενῶν, ψευδοκοπῶν, ψευδο-
κρῆσιν

κρῆσιν vocat Hippocrates; μάρωσις verò, hoc est, fenilis amentia, non est ἀπολυχία, seu aberratio rationis, sed privatio. Galeni verba in hanc sententiam adscribere libet ex com. 2. in 2. prorrhēt. μάρωσις ἐστὶ χωρὶς τῆς ἀφροσύνης σύμπλωμα τοῖς φύσει μαρωῖς, ὁμοίως ἀποφαῖνον τῆς νοσηρίας, ὅποιος καὶ τῶν λεγομένων ἀπογηρᾶν ἐπίοις ἴσμεν γινομένης. Idem planè sentit Aretæus, cùm eandem definit, νάρκω αἰσθησιος καὶ γνώμης νάρκωσιν ἢ δὲ τῶν ἐπὶ ψύξιος. Cicero libro de senectute, unâ voce *delirationem* appellat.

XXXVII. 5. Γήραθ ἢ ζυμοφορῆ] Id non ita accipiendum est, quasi omnibus decrepita ætas eam calamitatem importet. Nam, ut rectè ait Cicero, libro de senectute; *Ista fenilis stultitia, quæ deliratio appellari solet, senum levium est, non omnium.* Sanè ipse non paucos vidi moribundos senes, qui non delirarent. Patri meo, qui octogesimum & quintum ætatis annum attigit, mens adeò semper constitit, adeò acre ingenium, usque ad mortem, ut ego, qui ei semper intimus omnia ejus dicta excipiebam, interdum mirarer: quanquam id non magis in eo mirabile fuit, quàm quòd homo literis, illis scilicet humanioribus non expolitus (ab ineunte enim ætate rei familiaris procurationi, & illi actuosæ vitæ addictus fuerat) attamen quam alii multo studiorum labore prudentiam, atque in rebus perspiciendis acumen vix assequuntur, solà ingenii bonitate præstaret. Sed singularis quoque in eo fuit morum probitas, sincerus in Deum affectus; in congressionibus verò & conversatione suavitas tanta, ut nemini non valde ejus & vultus & verba probarentur: homo alioqui naturâ argumentosus, qui si qua incidisset de humanis rebus quæstio, tot rationes, tot argumenta excogitaret, ut non solùm doctus, sed etiam philosophus videretur.

Hanc digressiunculam, quæso, lectores affectui meo condonent: qui optimo parente orbatus, adhuc flagrantissimo luctu vel quovis momento ad imagines doloris mei invitus raptor.

XXXVII. 12. Ἡ ἐργὴ ἐκ σωλυχίης] Mon mirum, si ira μανίαν, hoc est, furorem non bene extinctum revocat, cùm ab eâ, si sit vehementior, creari hunc morbum testetur Seneca lib. 2. de irâ, cap. 36. *nulla celerior (inquit) ad insaniam via est.* Quin iram tempore tantùm à

furore differre, quòd nimirum brevior fit, censet Themistius, qui hanc definit *μανίαν ὀλιγοχρόνιον*: quod & Horatius confirmat sententiâ vulgatâ, *Ira furor brevis est*. Arnobius; *Quid est enim aliud irasci, quàm insanire, quàm furere, quàm in ultionis libidinem ferri, & in alterius doloris crucem efferati pectoris alienatione bacchari*. Virgil. in Epigr. de ludo :

Principio furii ira est tribus addita quarta.

Sed & ibidem Seneca inter iræ effectus ponit, quòd multi ejus inflammatione in morbos reciderint.

XXXVII. 20. *Λαχνείη*] (sic in Turneb. edit.) Scribe *λαχνείη*.

XXXVII. 22. *Ἀπηνδρώθησαν αἱ μήτραι*] Verbum hoc variè accipitur apud Hippocratem; nam & de eâ dicitur, quæ viro copulatur, ut lib. *πεὶ παρθενίων*; ubi de virginum infaniâ: *εἰ ὃ μὴ ἔη αὐτέων, ἀμα τῇ ἤξει, ἢ ὀλίγον ὑσερον ἀλώσει*, *εἴπερ μὴ ἡνδρωθῶσι*. Fœsius vertit, *nisi viro jungantur*. Cornarius eodem sensu, *si non viro nupserint*. Galenus in Exegeſi, *ἡμερωθεῖσαι, ἀνδρὶ μιγαῖσαι*. Sinè dubitatione lego *ἡνδρωθεῖσαι*. Etsi series literarum ferè tollit mendæ suspicionem, non tamen semper. Exemplum apud Suidam, in voce *Ῥεκαίδ* in literâ *Ῥ*. quæ lectio mendosa pro *Σεκαδίσ*, quod nomen est detortum à Latino *subadjutor*. Aliter accipitur idem vocabulum, in fine 6. Epid. ubi de Phaethusâ Pythæ uxore ex mensium suppressione laborante; *τότε σῶμα ἡνδρώθη, καὶ ἐδασώθη πάντῃ, καὶ πάγων ἀέφουσε*. *Corpus virile factum est*. Aretæus (p. 145. l. 26.) de gonorrhæâ exhaustis, & vires recuperantibus id verbum usurpat: *εἰ ὃ καὶ σώφρων ἔοι ὅτι τοῖσι ἀφροδισίοισι, καὶ λόγις ψυχρῶ, ἐλπίς ὡς ὤκιστα ἀνδρωθῆναι τὸν ἄνθρωπον*.

Ἀπηνδρώθησαν αἱ μήτραι] Vertit Crassus, *cum ipsarum uteri ad virilem congressum apti evaserunt*: quasi hoc verbum *ἀπηνδρώω* de maturâ viro puellâ usurpari possit; decepit eum locus Hippocrat. ex lib. *πεὶ παρθενίων*, perperam intellectus; *αἱ ὃ παρθένοι ἐπίσησιν ἄρη γάμῃ παρδανδρέμεναι*: ac si hoc sit participium cum voce *παρθένοι* jungendum. Sed non ita est. Infinitivus est; neque *παρδανδρέμεναι*, sed *παρδανδρόμεναι* legendum: ut & Fœsius annotavit; quanquam is ὤραι in plurali legit, refertque ad *παρδανδρέμεναι*, inconsultè meâ quidem sententiâ. Sed malim eo sensu accipere, quo usurpavit Hippocrates citato lib. Epid.

Epid. ut nimirum intelligamus, mulieres ex mensium suppressione in furorem agi, atque etiam interdum, uteri ipsarum temperie ad virilem conversâ, ob retentionem sanguinis, iisdem ea accidere, quæ de Phaethusâ tradit Hippocrates.

XXXVII. 26. Καὶ ἐς ὄργῳ ἀμφαδὸν] Et huic loco mendum obrepfit in voce ὄργῳ. Sed alibi nos emendavimus.

XXXVII. 28. Καὶ θεράποντας ἀπέκτεναν] Ut Hercules, de quo Seneca in Tragoediâ ἐπανύμφ.

Καὶ ἐαυτέοισι χεῖρας ἐπλώεγκαν] Ut Ajax Telamonius.

XXXVII. 30. Ἀστρονομίη ἀδίδακτος] Id est, nullo doctore præeunte: ob ingenii enim solertiam, & magnam animi intentionem, quam melancholica intemperies affert (sunt enim melancholici attentissimi, & cogitabundi) vel subtilissimas artes discere ex se ipsis possunt: quas alii sub præceptoribus magno labore vix comparant. Hæc nigri illius humoris prærogativa est, de quâ fusè Aristoteles sect. 30. probl. 1. Homines solâ ecstasi ab humoribus accensis poëtas repente existere, atque etiam philosophos, non est planè incredibile. Eisdem verò fieri astronomos (quæ peritia multis eget observationibus, multarumque disciplinarum abstrusarum antegressione, ut Arithmeticæ, Geometriæ, Perspectivæ) haud facillè persuadeor. Si Marcus Tullius 2. de Divinatione negat furentis esse ἀκροστιχίδας condere, (poëmatis genus est, cùm deinceps ex primis versûs literis aliquid connectitur) *Quoniam* (inquit) *id magis attentum est animi quàm furentis; adhibentis diligentiam, non insani;* quanto minùs syderum magnitudines, intervalla, ac motus mensurâ comprehendere? Quocirca absurdam hanc sententiam judico, nisi rudimentum quoddam Astronomiæ intelligatur in eo, qui ad eam cognitionem nunquam animum adverterit. Nec magis placet, quod Huartes in examine ingeniorum pertendit, eos qui insaniâ laborent, ipsius vi morbi, linguarum sibi priùs ignotarum notitiam capere: nam & ea cognitio studii multi ac diligentia est. Sanè Aristoteles citato sæpius problemate sect. 30. non plus furori attribuit, quàm impetum ad vaticinia & versus fundendos.

XXXVII. 31. Ποίησις δῆθεν ἀπὸ Μυσέων] Aristoteles citato problem. Μαργκὸς ἢ ὁ Συρακῆσιος, ἢ ἀμείνων ὡς ποιητῆς, ὅτ' ἐκείνη. Rectè; nam ad res poeticas fingendas & versus modulandos calore non modico

opus est ; qui species imaginatione consignatas excitet illustrétque : quæ præparatio, si non est furor, furori est proxima. Unde illud Platonis in Phædro: ὅς δ' ἀν' ἀνδρῶν μανίας Μουσῶν ἐπι ποιητικὰς δύρας ἀφί- κη), πειθεῖς, ὡς ἐκ τέχνης ἰκανῶς ποιητῆς ἐσόμενος, ἀτελής αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις ἠφανίσθη. Seneca lib. de tranquillitate animi, capite ultimo. *Frustra poeticas fores compos sui pepulit.* Et apud Horatium in *Arte*, v. 296.

— *excludit sanos Helicone poetas*

Democritus —

Sed de his plura in nostrâ dissertatione de furore poëtico.

XXXVII. 33. Ἀλλόκοτοι φαντασίαι] De mirandis insanientium imagi- nibus, vide Galenum lib. 3. de loc. affect. cap. 6. Andream Laurentium lib. de curatione Melancholicorum, & Practicorum medicinæ li- brorum conditores.

XXXVIII. 5. Τῶ χωρὶς καὶ τῆ γνώμης ἢ ἀμβολῆ] Scribe *ξυμβολή*, *con- junctio*. Junius ; *Et hæc erat inter locum illum, Et viri mentem cog- natio* ; rectissimé. Henischius ; *Et tantum mentis habebat, quantum lo- cus protendebatur* ; ineptissimé.

XXXVIII. 10. Καὶ τὰ μὴ παρεόντα ὁρᾶσι δῆθεν, ὡς παρεόντα] Has *παραιδήσεις*, ut vocat Aretæus, vel potius *φάσματα* insanorum annota- vit & Hippocrates lib. περὶ παραφρενίων ; ὡς παραφρονέειν καὶ ὁρᾶν δοκέειν δαίμονας τινὰς ἐφ' ἐωυτῶν δυσμάρειας. Causam harum illusionum acutè ex- ponit Averroes lib. 3. collig. cap. 38. cujus verba referre libet: *Item accidit habenti cogitationes corruptas, propter aliquam causam intrin- secam, vel extrinsecam, ut sentiat malo sensu ; quod est, quia, quam- vis sensatorum motus ad sensum veniat ab extra, non est impossibile, ut fiat simile etiam per contrarium. Quia propter hanc corruptionem cogitabit unum, Et confirmabitur, ita quod forma illius movebit à latere interiori spiritum istius sensus, Et tunc videbitur oculis, ut istud sit de foris.* Et paucis interjectis. *Solvitur quidam vapor Et ascendit cerebrum, Et imprimitur in ipsum forma rei excogitatae : Et ascendendo superius movet spiritum animale, Et reducitur iste motus usque ad virtutem imaginativam ; Et ipsa, spiritu mediante, movet sensum communem, Et ille movet particulares ; Et sequitur res sicuti*

fi esset extra. Et populi credunt, quòd hoc fiat ab angelis, aut à demonibus. Hæc Averroes.

XXXVIII. 13. Ἐυκρήνησι, ὀξέες τὴν αἰσθησιν] *Lege ὀκίνησι, facile mobiles, proni ad motum.*

XXXVIII. 16. Ἀλλοιώδεις τὰς ὄψιας] Fortasse scripserat Aretæus ἰλλιώδεις τὰς ὄψιας, quæ vox frequens occurrit apud Hippocratem.

XXXVIII. 18. Ἦχοι ὠτων καὶ βόμβοι, μέγχι δὴγε σαλπύγγων τε καὶ αὐλῶν] *Ex his, qui sibi sonum quasi tiliarum audire viderentur, Κορυθαλιῶνης vocatos Platonis verbis probat apud Catullum Jos. Scaliger, criticorum aquila. Verba divini philosophi ex dialogo, qui Crito inscriptus est, hinc adscribere haud abs re erit, quia ad nostri auctoris enucleationem faciunt. Ταῦτα, ὦ φίλε ἐταῖρε Κρίτων, εὖ ἴσθι ὅτι ἐγὼ δοκῶ ἀκχεῖν, ὡσπερ οἱ κορυθαλιῶνες τῶν αὐλῶν δοκῶσιν ἀκχεῖν, καὶ ἐν ἐμοὶ αὐτῇ ἡ ἡχὴ τῶν τε λόγων βομβεῖ, καὶ ποιεῖ μὴ δυνάσθαι τῶν ἄλλων ἀκχεῖν. Hunc morbum *imaginosum* dici à Catullo his versibus, non temerè censet Scaliger;*

*Non est sana puella, nec rogate,
Qualis sit. Solet hæc imaginosum.*

Supple, *affectum* sive *morbum pati*. Atque hunc ipsum esse affectum, quem hinc describit Aretæus, palàm est. Quocirca non rectè citato loco dixit vir ille magnus, morbi imaginosi seu Κορυθαλιασμῆ nullam in medicorum libris fieri mentionem; cùm hic Aretæi locus contrarium testetur. Cæterùm quia iis imaginibus vexati dormire non possunt, sed attenti iis oculos apertos habent; idcirco qui patentibus oculis dormirent, κορυθαλιῶν Græcè dictos auctor est Plinius lib. 11. cap. 37. quam vocem dum Critici emendare conantur, nihil aliud, quàm operam ludunt. Κορυθαλιῶνης insomniâ vexari solitos testatur Plato septimo libro de legibus: ibidem docet eam insomniam tiliarum intentione curari solitam fuisse. Τεκμαίρεσθαι ἢ χρῆσι καὶ διὰ τῶνδε, ὡς ἐξ ἐμπειρίας αὐτὸ εἰλήφασιν, καὶ ἐγνώκασιν ὅν χρῆσιμον (de motu & agitatione infantium loquitur) αἱ τε περὶ τῶν μικρῶν, καὶ αἱ περὶ τῶν Κορυθαλιῶν ἰάματα τελεῖσαι ἡνίκα γὰρ ἂν πρὸς βεληθῶσι κατακοιμίζεν τὰ δυσυπνῆλα τῶν παιδίων αἱ μητέρες, ἔχον ἡσυχίαν αὐτοῖς προσφέρουσι, ἀλλὰ τῶνναντίον κίνησιν, ἐν τῇ ἀγκάλαις αἱ σείσσαι καὶ ἐσσιγῶν ἀλλά τινὰ μελωδίαν, καὶ ἀτεχνῶς οἶον
καλα-

καλαυλῶσι τῶν παιδίων, καθάπερ αἱ τῶν ἐκφρόνων βακχεῶν ἰάσεις, ταύτη τῆ τῶν κινήσεως ἅμα χορεία, καὶ μέση χρώματι. Hujus moris rationem deinde affert, quod nimirum motio à sonitu tiliarum inducta, interiorem utpote debiliorem sedaret: ὅταν ἔν ἐξωθεν τις προσφέρῃ πῖς πιέτις πάθει σεισμῖν, ἢ τῶν ἐξωθεν κρατῆ κινήσις προσφερομένη τῶ ἐντὸς φθεγγῶν ἔσαν καὶ μανικῶ κινήσιν. Rurfus τὰς δ' ἐξηγητότας ὀρχαμίδας τε, καὶ αὐλαμίδας, καὶ θεῶν, οἷς ἀν καλλιερῶντες ἕκαστοι θύοσι, καλεργάσατο ἀντὶ μανικῶν ἢ μὴν διαφέσεων ἔχεις ἐμφρονας ἔχειν.

XXXVIII. 19. Βορὸι καὶ λάβροι] De fame melancholicorum, suprâ abunde.

XXXVIII. 20. Ἀγρυπνίη βορὸν] Verba sunt ipsa Hippocratis 6. Epid. sect. 4. sent. 18. ὕδαρ βορὸν, καὶ ἀγρυπνίη βορὸν. Superfedeo monere vigiliam dici voracem, non quod ipsa sit vorax, sed quod homines voraces faciat. Id autem præstat τῶ διαφορεῖν, ut inquit Galenus in com. quia calore ad partes extimas diffuso, habitum corporis resolvit.

Μελαγχολῶντων μάλλον δὲ σαρκίη] Non absque causâ aliquis admirabitur melancholicos esse δὲ σαρκας, qui sanguinem nigrum & fæculentum habeant, multis cruditatibus abundant, eoque multis obstructionibus laborent: postremò, ut uno verbo dicam, qui pessimè concoquunt, ut Aristoteles lib. de sensu & vigiliâ tradit, ἢ δὲ μέλαινα χολὴ φύσει ψυχρὰ ἔστα καὶ τῶ θρεπτικὸν πόπον ψυχρὸν ποιῶ. Tum ex Hippocrate 6. Epid. ἀπειψίη πάντων σύγχυσις, cruditas omnia confundit. Verisimile est, quantum quidem conjecturâ assequi possum, in causâ esse duritiem atque densitatem melancholici corporis, quod non ita diffluit; quò enim densius corpus, eò minùs perspirabile est: eò etiam conferrî flatus arbitror, quorum diffusionem per corpus membra distenduntur; quo pacto carnes bubulæ in macello à laniis sufflatæ.

XXXVIII. 22. Ὁυ σκαρδαμύττοιες] Melancholicorum spiritus ob crassitiem & frigiditatem, minùs mobiles; quare & membra, quæ ab iis moventur, præsertimque oculi & palpebræ, qui spirituum animalium motum magis sequuntur. Sed & vehemens & profunda cogitatio oculos defigit, atque, ut ita dicam, rapit. Philostratus in vitâ Marci: καὶ τῶτο ἐδηλῶτο μὲν τῆ τῶ ὀφθαλμῶν εἴσει, πεπηγότων τὰ πολλὰ ἐς ἀπορρήτους ἐννοίας. Plinius lib. 11. cap. 37. fortitudinis argumentum censet non connivere: *Viginti* (inquit) *paria gladiatorum in Caii Principis*

cipis ludo fuere: in iis duo omnino, qui contra comminationem aliquam non conniverent, & ob id invicti.

XXXVIII. 23. Ἰνδάλμαλα κνάνεα] De his diximus initio libri primi.

XXXVIII. 28. Ὀυδὲ ἐς τὸ ἀμφαδὸν αἰδῶς, ἢ ὄκνησις ὀμιλίας] MS. ἐς τὸ ἀμφαδὸν αἰδῶσιν, sequente particulâ ἢ parenthesi inclusâ. Sed recta est lectio, quam habemus. Crassus; *ad mutua & familiaria colloquia pigri sunt, ceu ὀμιλίη hic colloquium, & non potius congressum, & coitum Venerium significet; aut ὄκνησις ὀμιλίας, initium sit alterius periodi. Addit, neque eos in publico ventrem exonerare pudet. Quæ in Græco non habentur. Ex pravâ scriptione profecta conjicio, quod pro adverbio ἀμφαδὸν, palam, apertè, ἀφοδον legisset; εἰδὲ ἐς ἀφοδον αἰδῶς, quod non probo. Jungenda enim hæc sunt, ut rectè in excusis codicibus, αἰδῶς ἢ ὄκνησις ὀμιλίας; quæ verba sic convertimus, nec eos pudor aut metus retinet, quo minùs propalam coeant. Nam ὄκνησις pro metu etiam accipi, vel ex Lexicographis manifestum est. Tum ex Laertio in Zenone; ubi de Dogmatis Stoic. ὄκνησις enim ibi species metûs ponitur, itaque definitur: ὄκνησις ἢ φόβος μελλέσεως ἐνεργείας.*

XXXVIII. 35. Τέμνονταί τινες τὰ μέλεα θεοῖς ἰδίοις] Corybantes innuit, Gallósque matris Deûm atque etiam Deæ Syriae, quæ fortè eadem ac Cybele est, sacerdotes, qui omnes furorem mentientes, quo vulgum vaticinationis specie luderent, sibi brachia gladiis laniabant, flagellis etiam semet converberabant. De his Apuleius ita scribit 8. Milesiarum: *Nec paucis percursatis casulis, ad quandam villam possessoris Britini perveniunt, & ab ingressu primo, statim absonis ululatus constrepentes fanaticè pervolant; diuque capite demisso, cervices lubricis intorquentes motibus, crinesque pendulos rotantes in circulum, & nonnunquam morsibus suos incurstantes musculos, ad postremum ancipiti ferro, quod gerebant, sua quisque brachia dissecant. Et paulò infra; cerneret profectu gladiatorum, ictûque flagrorum, solum spurcitie sanguinis effæminati madescere. Eòdem spectat Plauti istud in Truculent. act. 2. scen. 7. v. 41. Hoc vide; dentibus frendit, icit femur. Numnam, obsecro, ariolus est, qui ipse se verberat? Et Mostel. act. 2. scen. 1. v. 11. Ubi isti, qui Dindymeneis (ita enim legendum, non quindenis) hastis transfigi solent. Vide & in sacris literis, Regum iii. 18. ubi de sacerdotibus Baal; Clamabant ergo voce magnâ, & incidebant*

se cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Septuaginta ;
 αλλά γε, ἡ καλετέμνοιο καὶ τὸ ἐθῶ αὐτῶν μαχαίραις, ἡ σιρομάταις ἕως ἐκχύ-
 σεις αἱματῶν.

Περὶ Παραλύσεως.

XXXIX. 10. Ἀποπληξίω λύσαι] Verba ipsamet Hippocrat. aphorif.
 42. sect. 2.

XXXIX. 11. Παραπληγίη δὲ] Παραπληγίης à paralyfi discrimen tra-
 dit, quòd hæc fit privatio solius motûs; illa verò motûs & tactûs si-
 mul, idque in parte aliquâ privatim. Galenus non ita planè; sed in
 eo tamen cum Aretæo convenit, quòd πῶσπληγία fit partis cujuscpiam
 privæ resolutio: ita enim, quid sit paraplegia, declarat com. 2. in 1.
 Epid. πῶσπληγίας μὴ καλεῖ, τὰς ἐξ ἀποπλήξιος εἰς τὸ μέρος καλασκηπίσας
 πῶσπλύσεις. Hanc qui resolutionem patiuntur, πῶσπληγῆγες dicuntur
 Hippocrati, lib. de vict. acut. & πῶσπληγικοί 6. Epid. sect. 7. sent. 1.
 οἱ ᾧ τῆ χειρὶ πονήσαντες εἰς χεῖρας μόνον πῶσπληγικοί. Idem Galenus lib.
 3. de loc. aff. cap. 10. privarum partium resolutionem simpliciter πα-
 ράλυσιν illius partis appellat; καθάπερ εἰ κατὰ τι τῶ κάλων γήμοιο, ἔ μέρους
 ἐκείνου πῶσπλύσις ἐστίν.

XXXIX. 12. Παράλυσις δὲ ὡς ἐπίπαν κινήσι μῆνον] Ita & Galenus
 loco citato: μάλιστα μὴ ἔν ἡ πῶσπλύσις ὅτι τῆ τῶ κινήσεως ἀπωλεία λέγετῶ τῶ
 τὴν αἰσθησιν ἀπολωλεκότων μορίων, ἀναισθησίων μὴ εἶναι, πῶσπλελύσθ δ' ἐ πά-
 νυ τι σωθήσως λεγομένων.

XXXIX. 13. Ἐνεργείης τε πάρεσις] Postquam dixit paralyfin esse
 motûs tantum privationem, addit ἐνεργείης, uberioris explicationis
 gratiâ, ut ab ἀναισθησίᾳ, seu stupore distinguat, quæ sensum duntax-
 at adimit. Sensus enim passio est, motus verò actio.

XXXIX. 15. Ἀπόπληξιον σκέλῶ τὸ κατ' ἴξιν] Locus is, quem laudat,
 exstat in 3. Epid. in constitutione pestiferâ; sed & in 2. prorrheth. ἀπό-
 πληξιν τῶ μελέων pridem annotavimus.

XXXIX. 17. Κύσι δὲ ἔρων χέσι] Hanc vocem πάρεσις, com-
 munem esse omni impotentia nervorum, ex superioribus patet: nunc
 propriam acceptionem tradit; nimirum pro vesicæ resolutione, quâ
 urina excerni, aut retineri non potest.

XXXIX. 19. Κωϊκὸς σπασμὸς ἢ κληΐσις] Ita appellatur genus convulsionis, quo genæ ita in alteram partem trahuntur, ut rictus quasi canum efficiatur; unde nomen affectui indictum. Simplicius ad text. 1. lib. 2. de animâ videtur κωΐα appellare: id enim verba ejus sonant: ἐπειδὴ καὶ μία πως ἢ τὴ ψυχικῆς ζωῆς ἔννοια, ἢ ἐνδοθεν κινητικῆ, καὶ ἔχ' ὡσπερ ὅτι τὴ ὁμωνύμων πλείους, καθ' ἕκαστον ἰδίως, ἄλλη γὰρ ἢ τὴ χερσαίαις κωϊκὸς ὡσπερ τὴ τὴ θάλασσις, καὶ ὡσπερ τὴ ἀσπράς, καὶ ἔτι ὡσπερ τὴ τὴ ὡς σπασμῶν, ἔννοιαν.

XXXIX. 20. Ἐκλυσιν δὲ γυνάτων] In descriptione λεπτοθυμίας rectè genuum facit mentionem. Ita enim & apud Homerum (Il. ε. υ. 176.) λύειν γένατα, pro vires, aut animam adimere. Et apud Maronem (Æn. 12. υ. 905.) genua labant, de Turno fatifcente. De genuum principatu vid. Plinium lib. 11 cap. 37.

XXXIX. 21. Ἀψυξίλω] (sic in Turneb. Edit.) Scribe ἀψυξίλω, exanimationem, ut rectè vertit Junius.

XXXIX. 29. Τὰ ἐντὸς ἐλκείων, νόει κρυπτὰ καὶ ἀφανέα] Emendo alibi hunc locum.

XXXIX. 31. Δίδαγμα διαφορῆς δυναμίος τε καὶ κρείσσεως πρὸς ἀρμερῶν δεξιῶν] Vide Aristotelem in 3. de partibus animalium, cap. 7. ubi ostendit omnia esse in corpore διφουᾶ; quod autem ait differre facultate dextra à sinistris, altioris profectò est contemplationis, quàm præsentis instituti ratio ferat. Nonnulla tamen pro præsentis loci explicatione annotare libet. Præter argumentum igitur, quod hîc propositum est, sumptum ab inclinatione hujus morbi, qui uni potiùs lateri corporis, quàm alteri incumbit, alia multa proferri possunt. Apul. apol. de muliere comitali: *Cæterùm, quòd dextræ auris crebriores tinnitus fatabatur, signum erat morbi penitus adaçti. Nam dextera corporis validiora sunt; eòque minus spei ad sanitatem relinquunt, cùm & ipsa ægritudini succumbunt.* Mox subdit. *Aristoteles aded in problematis scriptum reliquit, quibus æquè caducis à dextero morbus occipiat, eorum esse difficiliorem medelam.* Si verum dicit Apuleius, eum locum, in quo id docet Aristoteles, excidisse oportet: nusquam enim in libris iis, quos habemus, problematum extat. Aliud argumentum ex iisdem libris problematum proferam, quod extat in sect. 32. (probl. 7) Quærit Aristoteles, cur sinistra auris ocyus magnâ ex parte perforata consolidari, quàm dextra, potest. *Quia (inquit) sinistræ partes*

humidiores & calidiores. Addit ob eam causam mulieres aurium alteram marem vocare, alteram fœminam. Aponensis in commentario, differentiam hanc dextræ auris & sinistræ, alio modo explicat: *Et ideo (inquit) quis fortè probabiliter causam hujus assignabit oppositam, dicens; partem dextram sensibiliorem fore sinistrâ; quæ autem talis condolet in amplius: similiter dextra plus viget sanguine: & decursus naturæ ad locum fit dolentem, quare in humectatione partis incisa consequente, tardius consolidatio accidit; cùm vulnera non consolidentur, nisi prius fuerint exsiccata.* Fortasse ob eam causam in Lucæ (c. xxiii. v. 50.) & Johannis (c. xviii. v. 10.) Evangelio, ubi de illo facinore Petri, contra Pontificis servum, auricula potiùs dextra ejus abscissa notatur, quo majus miraculum cognosceretur, statim ac restituta, quæ difficiliùs posset coalescere. Possim hîc referre, Hippocrati testem sinistrum censerî *θηλύγονον*: quod & confirmat Aristoteles in historiis & libris de generat. animal. Galenus autem accuratè explicat lib. 14. de usu partium, causam adscribens frigidiori temperamento sinistri testis; utpote qui sanguine feroso alatur per venam & arteriam spermaticam in sinistro latere, non à magnis vasis, sed ramis ab emulgente venâ & arteriâ deductis prodeunte. Ibidemque pronunciat dextra omnia fortiora esse in omni animalium genere: *ἀπαντα τὰ δεξιὰ τῶ ἀρμερῶν ἰσχυρότερα καὶ πάντων τῶ ζώων ἐστὶ τὰ δεξιὰ.* Amatus Lufitanus causam, cur dextrâ manu promptiore utatur, se invenisse gloriatur centuriâ 4. curatione 100. nempe *quod ossa brachii dextri ponderosiora sint: cùm (inquit) os brachii dextri & sinistri à cubito ad humerum incedens æquâ bilance librarem, dextrum in uno latere, sinistrum in altero ponens, dextrum sive brachii dextri longè plus gravitare os sinistri osse inveni.* Hæc ille. Et quòd ea disparitas majori dextræ partis exercitationi tribuenda non sit; ait idem Amatus, se & in puero recens nato periculum fecisse, in eoque itidem os dextri brachii ponderosius fuisse. Nec mihi adeò displicet conjectura. Nam si graviora sunt ossa in dextro latere, sequitur & musculos, qui eis movendis inserviunt, firmiores atque robustiores esse oportere. Ex quo intelligitur, non esse plenè verum, quod ait Aristoteles sect. 31. probl. 12. partem dextram solâ exercitationis consuetudine meliorem atque firmiorem evadere. Et fanè hâc sententiâ secum ipse pugnat
Philos.

Philosophus. Nam qui & in divinis corporibus eandem dextri & sinistri differentiam agnoscat, in quibus nullus exercitationi aut profectui locus esse potest: quomodo hanc in corporibus animalium non vidit? Præterea in ejusdem scholâ, naturale id censetur, quod vel semper, vel ὡς ἔπι τὸ πολὺ, ut plurimum fit. At omnes homines paucis admodum exceptis, dextrâ utuntur expeditiore: naturale igitur id putandum. Postremò naturale esse id discrimen planè veterum sapientum firmat auctoritas, qui inter summa rerum principia δεξιὸν & ἀριστερὸν numerant lib. 1. metaphys. cap. 5. Sed neque Amatus Lusitanus veram quæsitam causam est assecutus. Ut enim illi largiamur os dextræ partis esse ponderosius (quâ de re ipse viderit) non tamen hæc prima causa esse potest expeditioris motûs dextræ manûs; sed alia occultior, magisque universalis; quâ factum putandum est, ut in omnibus dextra sinistris sint potiora.

XL. 4. Ἐπι μὲν πῖσι δεξιῶσι τὰ λαιὰ πῶραλύε)] Observatio hæc pulcherrima est, quâ compertum esse dicit, si, infra caput, principium aliquod nervorum læsum sit, putà, pars quæpiam spinalis medullæ; ex eodem latere nervos indè exortos resolvi: contrà, læsâ parte capitis dextrâ, sinistros nervos injuriam sentire, dextrósque sinistrâ. Verba Hippocratis (nam ab Hippocrate, ut pleraque alia, id quoque sumpsit Aretæus) extant in lib. 7. Epidem. ubi de vulneratis in capite hæc habet: *ξυμβαίνει ἢ πῖσι ποιέται, ἢ ἐμέτερος ἑπιγίνεαθ, ἢ τὰ πασμώδεα ἑπι τελούτῃ, ἢ ἐνίης κλαυλώδεας εἶναι, ἢ ἐνίης ἀκρατέας ἢ ἢ ἐν πῖσι δεξιῶσι τὸ τραῦμα ἢ, τὰ ἀριστερῶν ἢ ἐν πῖσι ἀριστερῶσι, τὰ δεξιά.* Ut autem præclara est hæc (ut dixi) observatio, ita explicatu difficillima, quâ cum se ultro absteineat Fœsius in com. ad illa verba Hippocratis; & mihi quæstionem tam abstrusam prætermittere nunc quidem liceat, & lectores studiosos remittere ad Laurentii libros anatomicos, in quibus de hæc re fusè disputatur, lib. scilicet 10. quæst. 6.

XL. 6. Ὁυ γὰρ κατ' ἴξιν τὰ δεξιά ἐπι δεξιά ὁδοιποροῖε)] Rationem propositæ observationis reddit, sed falsam, ut evincit Andreas Laurentius loco citato.

XL. 14. Καὶ πῖσι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς προοιδεῖ)] Nervos moventes à fentibus distinguit, quod & Galenus interdum facit, & illos à spinali medullâ vult ortum ducere; hos à cerebro. Quod cum jam à multis confu-

confutatum sit, non est, quòd in quæstione jam profligatâ tempus teramus. Addit motores motum impertire sentientibus; qui eum non habeant, nisi valde imbecillum: quæ omnia fictitia esse, patet ex nostro libello de motu animalium spontaneo, in quo vim movendi & sentiendi unam naturam eandemque esse demonstravimus, nedum ut locis distingui possint.

XL. 18. Ἡ ῥαγέν[⊙] Deest quid ante disjunctivam particulam ἢ. Scribe θραυθέν[⊙] ἢ ῥαγέν[⊙].

XL. 20 Ἀλλοτε μὲν ἐς ἐκτασιν λέλυσ[⊙] τὰ μέλεα] Duplex genus paralyseos tradit; unum per extensionem partis, alterum per contractionem; quòd perspicuè infrâ in vesicâ declarat.

XL. 23. Ὅπως ξύλα ἱκανὰ καλαζέων τὰ μέλεα] Junius vertit; *ceu ligna adaptans & poliens*. Inconsultò; putavit καλαζέων compositum ex propositione & ζέω, quòd *radere & polire* significat; cùm sit compositum ex ἄγω; nam pro ἄγω dicunt Æoles ἄζω, & κατάζω pro κατάγω formantes à futuro. Iones verò per dialysin καλαζέω; igitur καλαζέων hòc loco idem valet, quòd *deducens membra in longitudinem*; & de lanâ propriè dicitur, unde καλάγμαλα ἐρίξ Hefychius, καλάγμαλα, μηρύγμαλα ἐρίξ. Latini *tracta*, in neutro genere & numero plurali, vel *tractas* in fœminino usurpant, ut multis docet Josephus Scaliger *ὁ πᾶνυ*, ad librum 1. Tibulli (*Eleg. 6. v. 80.*) Quo fit, ut suspicer, corruptum esse hunc locum: & pro ξύλα ἱκανὰ legi debere ἔρμα ἱκανὰ: vel quòd minùs remotum est, ἐλκύσμαλα, id est, *tracta*. Ita enim aptior fiet similitudo, quæ à lignis idoneis, ut vulgata lectio habet, ineptissima est.

XL. 24. Καὶ ἡ ἐν πῖς ὀφθαλμοῖσι παρθένη[⊙] Quia Græci pupillam κέρλω appellant, eadèmq; voce puellam; idcirco Aretæus synonymo usus est παρθένη[⊙], quòd *virginem* significat: ratio ejusmodi denominationis est, quòd in eâ parte oculi contrâ intuentium imago apparet, ceu pupæ, hoc est parvulæ virginis. Plinius lib. 11. cap. 37. ubi de oculis: *adeoque iis absoluta est vis speculi, ut tam parva illa pupilla totam imaginem reddat hominis*. Rufus Ephes. de partium humani corporis nomenclaturis: οἱ δὲ ὄψιν μὲν, ᾧ ἑλεπομην; κέρλω δὲ ἢ γλιώλω, τὸ εἰδωλον, τὸ ἐν τῇ ὄψει. * ὄφην ὁ μὲν ῥήτωρ τὸ ἀνάγκωλον, ἐκ ἔφης κόρας ἐν πῖς

* Hæc Petitus desumpsit ex Plutarcho, in initio libri *περὶ δυσωπίας*. Lege etiam Longin. sec. 4.

ἄμμασιν ἔχειν, ἀλλὰ πόρνας. Dicitur κόρη *puella* effigies, quæ in pupillâ apparet, unde orator de quodam impudente dixit, hunc non habere κόρας, hoc est, *puellas* in oculis, sed scorta. Sunt tamen, qui παρθένον five κόρην pupillam dici putant, ab immaculatâ ejus partis oculi puritate.

XL. 32. Καὶ γέλωσ ἀσβεσθὺς μέχρι θανάτου] *Risus inextinguibilis*. Epithetum Homeri *a. Iliad. v. 599.* ἀσβεσθὺς δ' ἀρ' ἐνωρτο γέλωσ μακάρεσσι θεοῖσσι. Addit *usque ad mortem*, quod nonnullis accidisse legimus, ut nimio & repentino gaudio morerentur: exempla apud Val. Maximum lib. 9. cap. 12. Plinium lib. 7. cap. 53. & alios. Philemonem risu exanimatum tradit idem Valerius, cùm appositas ficus asinum confumentem vidisset.

Ἀρχὴ πρώτη] *Causa evidens* Celso nuncupatur. Item Plinio lib. 7. cap. 53. Græci aliter προκαταρκτικῶς appellant. Cœlius Aurel. lib. 2. *antecedentem* vocat.

XL. 33. Ὑστάτη ἢ, καὶ καιρὴ] *Postremam & potissimam* causam appellat, quam Galenus τὸ σωματικὸν αἴτιον, causam *conjunctam, continentem*, lib. 1. de causis pulsuum cap. 1. ἐν μὲν τὸ πρῶτον τε καὶ κυριώτατον· ὃ δὲ καὶ σωματικὸν καλεῖσιν, διὸ δὲ σιμῶν αὐτῶν τῶν ἑστῶν ὀνομασθῆναι, ὅπερ ὡς ἔμπροσθεν ἐρρέθη ἡρώτεως αἴτιον.

XL. 37. Ἐξεις, οἱ παχείες καὶ φύσιν] Non mirum, si isti citius resolvantur, quando arvinam hanc viaticum esse ad mortem tradit Hippocrates aphorif. οἱ παχείες σφόδρα καὶ φύσιν, ταχυθάναστοι μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν. Et philosophus lib. 2. de part. cap. 5. διὸ καὶ γηράσκει ταχέως τὰ λίαν πύονα· ὀλίγαιμα γὰρ, ἅτε εἰς τὴν πύονητα ἀναλισκομένης τῆς αἵματός· τὰ δ' ὀλίγαιμα ἤδη προσδοποιεῖ πρὸς τὴν φθοράν.

XLI. 11. Ἰλωσις τῆς ὀφθαλμοῦ] Ἰλωσις.

Ἐπὶ τῇ ὑποκοιλίῳ] (*sic in Turneb. Edit.*) Scribe ὑποκοιλίῳ, accentu mutato, *palpebrâ inferiore*.

XLI. 14. Ἄλλοτε ἢ ἀμφω συμπεσόντα παφλάζαι] Παφλάζω verbum est factum per Onomatopœiam, certarum rerum strepitum significans, ut fluctuum apud Homerum (Il. v. v. 798.) κύματα παφλάζοντα: & pultis seu fressi leguminis; quod Græci ἔτυον vocant. Aristot. sect. 24. probl. 9. Διὰ τὴν μὲν ὕδαρ ζέον ἐκ ἐκπαφλάζει; Theodorus vertit *expaslat*. Hic verò pro titubantiâ oris. Galenus in Γλωσσῶν ἐξηγήσει; παφλάζαι-

θιν' ὀνομασθεποίηκε τὰς παλαιοῦσας, καὶ ἐπαναλαμβάνουσας ἐν τῷ Διαλέγεσθαι, δηλώσαι βελόμην. Nostri dicunt *bredoiiller*.

XLI. 14. Ἄθρόον δ' ἴσα] Videtur ita legendum; ἀθρόον δὲ διῖσα] subito aperiuntur, supple *labia*.

XLI. 15. Καὶ γὰρ ἦδε μῦς ἐστὶ καὶ νεῦρα] Ineptè additum à quodam sciolo καὶ νεῦρα. Nam cùm lingua musculus dicitur, hanc nervis constare nemo non intelligit.

XLI. 17. Σπᾶ] ἢ καὶ κίων] Scribe *κιονίς*: de parte enim agit; at *κίων* nomen est affectûs præter naturam: vide suprà in acutis cap. ἦ. & hîc ex iis, quæ mox sequuntur, patet; ὄψεται πλὴν *κιονίδα*.

Περὶ Φθίσι.

XLI. 30. Ἦν ἐντὸς ἐξ ἀποσάσι ἐν τῷ πνεύμονι γῆ] Mendum cubare in voce ἐντὸς, pro quâ ἔλκον citra dubitationem legendum; suadet contextus, ordo ac syntaxis, quæ profectò nomen desiderat ante verbum γῆ. Sententia quoque id postulat, quia φθίσι primùm causas tradit; nempe abscessum in pulmone, tussim diurnam, & sanguinis è pectore expulsionem: à quibus exulcerari pulmones manifestum est: & phthisin pulmonum ulcera sequi, nemo est, qui ignoret.

XLII. 1. Τὸνομα φθόλου μέγαλαμβάνει] Φθόλη & φθίσι differunt, quòd hæc fiat, cùm pulmones ex abscessu in ipsis facto exulcerantur; illa verò thoracis & lateris abscessus sequatur, cùm ab iis pus prodiens pulmones transitu exulcerat. Testantur id verba Platonis Comici citata à Galeno, com. 7. aphorif. 44. μὲν ταῦτα ἢ Ἐυαγόρου ὁ παῖς ἐκ πλεουριτῶν Κινησίας, σκελετῶν, ἄπυ, καλάρμινα σκέλη φορῶν, φθόλης προφήτης, ἐσχάρας κεκαυμῶν πλείστας ἔω Ἐυρυφῶν ἐν τῷ σώματι: ubi patet expleuritide φθόλω existere. Galenus tamen sæpe confundit (ut & plerique omnes) in Com. ad 1. Epid. sect. 1. φθινάδεις ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, ὅσοι καὶ φθινάδην νόσον, καὶ φθόλω τινὲς ὀνομάζουσιν, Ἰππιδεῖσι παθεῖν. Ulcera pulmonum non posse sanari Galenus pluribus in locis docet. Tamen Theopompum Atheniensem ex phthoe contabescentem curatum fuisse ab Æsculapio, refert Suidas: φθίη γὰρ Θεόπομπον τὸν Ἀθλωεῖον ῥινόμην καὶ λειβόμην ἰάσατο ὁ Ἀσκληπιός.

XLII. 5. Καὶ ἐς νύκτα ἐκλάμπη] Signum φθόνης proprium notat, si interdiu mitior sit febris, & delitescat, noctu invalescat: quod & Hippocrates confirmat in prognostico sect. 2. text. 60. de signis ἐμπύων, i. e. *suppuratorum* (est autem empyema species phthiferos) τὰς δὲ ζύμπαλιας ἐμπύας γινώσκειν χρῆ, πῶσι δὲ πῶσι σημείοισι· πρῶτον μὲν εἰ ὁ πυρετὸς ἐκ ἀφίησιν, ἀλλὰ τὴν μὲν ἡμέραν λεπτὸς ἴσχει, τὴν δὲ νύκτα παλείων. Galenus in Commentario hanc febris ἐκλαμψιν contingere ait, non ipsius morbi ratione, ceu hanc nox per se intendat; sed quòd tunc cibus acceptus incipiat distribui per universum corpus, partésque solidas irrigans ipsarum calorem perinde intendat, ac calcis calorem infusa aqua per antiperistasin: ὅταν (inquit) φάγωσί τε καὶ πείωσιν, ὁμοίον τι συμβαίνει πῶσι γινομένοις καὶ τὸ τίτανον ὕδατι βραχέισαν, ὡς τῆς ἀπλομάχης ἔξωθεν αἰσθάνεσθαι πολὺ θερμότερα ἔκαστον. Idem repetit lib. 1. de differ. febr. cap. 12. At filius Rois lib. 4. collig. cap. 29. hanc rationem flocci facit, fabulíque cantorum similem esse dicit: *Impossibile est (inquit) ut virtus nutritibilis à nutriente tantum sit elongata, ut ipsum eidem sit contrarium, sicut aqua calci.* Aliam igitur proponit ipse; quòd scilicet *alimentum partibus solidis per nutritionem appositum, assimilatumque, eum calorem peregrinum, qui membris impressus est, suscipiat, atque ita augeat.* Verùm hóc modo febrilis calor materialiter (dentur hæ voces philosophanti) sive substantiâ tantum, non formaliter, seu secundum qualitatem augetur: sicut, cum fani alimentum nobis adjungimus, non evadimus formaliter calidiores; quia natura alimenti est servare calorem, non augere.

XLII. 7. Πῶς ἐκ ἀν᾽ ἐσαρκῆτο] Probat eos interdiu etiam febrile, licet obscurè, quoniam (inquit) *si febris intermitteret, nihil obstaret, quo minus aeger carnosior fieret robustiorque, & morbi tolerantior; at & ægre fert morbum, & debilitatur, atque extenuatur, grassante semper ex occulto febre.*

XLII. 12. Ὁκόσοι γὰρ ἢ πυρελ, ἢ ὕδατι τὰ ὕδα τεκμαίρον] Hippocrates aphorif. 11. sect. 5. phthifin lethalem cognosci his signis asserit; si sputum carbonibus injectum graviter oleat, capilli defluant. In Coacis autem prænotionibus cap. 17. sect. 2. τὸ φθισικῶν οἴσιν ἐπὶ θάλασσαν πύωσιν ἐς τὸ πυθμῆνα βαδίζει τὸ πύον, ὀλέθρον σωτόμως; addit ἔσω δὲ ἐν χαλκῷ ἢ θάλασσα: quod cur requirat ad ejusmodi experimentum, non vi-

deo. At hanc rationem non probat Aretæus, ut superfluum, quoniam ex ipso aspectu morbi natura certiùs intelligatur.

XLII. 14. Πιστοτέρα γὰρ ἡ ὄψις ἀπάσης ἄλλης αἰσθήσεως. Philosophus etiam initio lib. 1. metaph. de visu; μάλιτα ποιεῖ γνωρίζειν τι ἡμᾶς αὐτῆ τῆ αἰσθήσεως. Unde proverbium de oculato teste. Non tamen id in univèrsum asserit Aretæus, sed de cognitione phthysicorum.

XLII. 17. Ξωτετήκασι ἢ πυρετοῖσι χρονίοισι] Præsertim καυσώδεσιν. Galen. lib. 1. de differ. feb. cap. 10. Sed & aliis, ut quartanâ; Juvenalis (*Satyr. 9. v. 16.*)

*Quid macies ægri veteris, quem tempore longo
Torret quarta dies, olimque domestica febris?*

Quos autem potissimùm affectus phthisis sequatur, docet Galenus fusè ejusdem libri cap. 12. in fine.

XLII. 21. Ἰδρῶς ἀχεῖ. Θάρακη. Eiusmodi sudores, qui quasdam tantùm partes occupant, maximè superiores, ut collum, frontem, humeros, aut thoracem, naturæ oppressæ signa sunt. Cùm enim hæc viget, aqueum illud excrementum æqualiter per omnem corporis habitum propellit. At verò, cùm ita fracta est, ut humores amplius regere non valeat, tunc vapores, ex quibus sudor gignitur, à naturâ, ut ita dicam, abdicati, proprium impetum sequuntur, qui sursum ducit, atque ita superiores partes petunt. Unde axioma est, omnes sudores à medio sursum esse inutiles, immò perniciosos.

XLII. 23. Ἀυχλὴ ὑποσπίλι, ραδινός] Cervix tenuis & elonga phthisi laborantibus propter carniùm consumptionem. Avicen. lib. 3. fen. 10. tract. 5. in phthisic. descriptione; & extendunt collum, nempe propter siccitatem, ut exponit Gentilis.

XLII. 24. Τὰ δὲ ἄρθρα παχέα] In MS. Mentel. τὰ δὲ ἄρθρα παχέες. Ita videmus in valde emaciatis. Ovidius in descriptione famis (*Metam. 8. v. 807.*)

Auxerat articulos macies —

XLII. 27. Ἦδε γὰρ ἡ ἀνακωχή] Supple σὰρξ, i. e. caro, quæ unguis fulcit, sustentatque; eâ igitur consumptâ incurvantur, ut suprâ dixit & Hipp. prognostic. de Empyis; καὶ οἱ μὲν ὄνυχες χειρῶν γρυπῶν. Est igitur

igitur ἀνακώχῃ, *sustentaculum*: unde verbum ἀνακώχθαι; quo utitur Herodotus lib. 7. ubi de machinamento Xerxis in jungendo navibus Hellesponto, ἵνα ἀνακώχῃ τὸν ὄπλων. Item Aristoteles lib. 4. de coelo cap. 6. ubi super illo problemate, cur scilicet æs & plumbum dilatata fluitent, in mafsâ mergantur; sententiam Democriti refert; ἐκείνος γὰρ φησι τὰ ἄνω φερόμενα θερμὰ ἐκ τῆς ὕδατος ἀνακώχθαι τὰ πλατεῖα τῶν ἐχόντων βάρος &c. Idem sonat ἀνακωχίζειν apud Hippoc. in Mochlico.

XLII. 28. Ἐν τῆσι κορυφαῖσι πεπλησμενῆ] Fortasse scripserat Aretæus πεπιλημενῆ *coacta in modum lanae coactilis* (de carne enim loquitur) nam & Plato de eadem loquens hâc ipsâ voce utitur in Timæo; τὴν σάρκα προβολῶν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμῶνων, ἔτι δὲ πλωμάτων, οἷον τὰ πηλητὰ ἔσεσθαι κτήματα &c.

XLII. 29. Μῆλα ὑπερίχοντα καὶ ἐρυθρά] Malæ rubræ eadem de causâ, quâ & Empyri, nempe ob vapores putridos & acres eò subeuntes; quod & Avicenna testatur citato loco de Empyris. Ita & Hippocrates in prognost. αἰτὶ γνάθοι ἐρυθρήματα ἴσχυσι.

XLII. 34. Αἱ πρὸς τὰς σπονδύλας σωμαθρώσιες] (*sic in Turneb. Edit.*) Scribe σωμαθρῶσιες.

XLII. 37. Ἐπιγάστρον τῆ ῥάχει προσφύες] Ovidius citato loco (*Metam.* 8. v. 805.

*Ventris erat pro ventre locus; pendere putares
Pectus, & à spinæ tantummodo crate teneri.*

Ἄρθρα ἐναργῆ, ἔξαρθρα] Bifariam intelligere possumus; vel enim extare articulos, quo sensu ἄρθρα παχέα dixit suprâ; vel fuis sedibus emotos & luxatos. Nam id admodum macilentis corporibus contingere auctor est Hippocrates lib. περὶ ἄρθρων: verba hæc sunt; Διαφέρεται μὲν τῶν καὶ χέσις τις σώματος· πῶσι μὲν γὰρ εὖ ἔχουσι τὸ γῆλον, καὶ σεσαρκωμένοι· σὺν κίπῃ τε ἥσων, ἐμπίπῃ τε χαλεπώτερον· ὅταν δὲ αὐτοὶ σφῶν αὐτῶν λεπτότεροι, καὶ ἀσαρκότεροι ἔωσι, τότε ἐκπίπῃ τε μᾶλλον, ἐμπίπῃ τε ῥᾶον; id autem declarat boum exemplo, quibus sub finem hyemis femur luxari solet, cùm macilentissimi evaserunt.

XLIII. I. Ὑπερίχαι γὰρ ἢ ἀκανθα τῶν σπονδύλων, ἢ πρόσθεν κοίλη] Bene habitis spinæ locus cavus est: consumptis spina eminent, atque etiam

coccyx: unde illud Martialis, obscœnum quidem, sed tamen eò spectans [lib. 3. epig. 98. v. 2.]

Pedicare potes, Sabelle, culo.

Ovidius citato loco [Metam. 8. v. 804.]

Ossa sub incurvis extabant arida lumbis.

XLIII. 3. Ὅκως πτέρυγες ὀρνίθων] Galenus com. 1. ad 1. Epid. φθινώδεις ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, ὅσοι καὶ φθινώδη νόσον, καὶ καὶ φθόλω τινὲς ὀνομάζουσιν, Ἰππιδεῖοι παθεῖν· τοῖσιν δ' ὑπάρχουσι φανερώτατον, ὅταν ὁ θώραξ στενὸς καὶ ἀβαθεὺς εἰς πᾶσιν, ὡς τὰς ὠμοπλάτας ἐξέχειν ὀπίσω διὰ τὴν πτερυγῶν· ἐντεῦθεν ἡ καὶ πτερυγώδεις ὀνομάζουσι τὰς τοιαύτας. Vide eundem lib. 2. de temper. & lib. de causis morborum. Videndus & Hippocrates lib. 6. Epidem. sect. 3. sent. 10.

Ἡν ἡ κοιλίη ἐκλαραχθῆ, ἀνέλπιστος] Hippocrat. sect. 5. aphor. 12. de iisdem, ἔστι διαρροίης ἐπιγμομῆς διαφθνήσκουσιν.

XLIII. 5. Νέοι ἢ μέλαι ἀκμῆς] Hippoc. aphor. 29. sect. 3. τοῖσιν ἢ νεηνίσκοισιν, αἵματι πύσιες, φθίσιες.

XLIII. 8. Ἐξίαι ἢ ῥαδινοὶ] i. e. *tenues, graciles*: eadem voce utitur Lucretius, & de phthificis usurpari solitam innuit lib. 4. v. 1159. his versibus;

Ἰχνὸν ἐρωμάνιον *tum fit, cum vivere non quit*
Præ macie; ῥαδινηὴ verò est jam mortua tussi.

Nam mortuam tussi intelligit phthificam.

Λεκοὶ] Corpora alba ad phthifin opportuna esse docet ob frigidum temperamentum, à quo flatus multi gignuntur. Ab iis verò pulmonum vasa disrumpi testatur Galenus lib. 5. method. med. ὅτι ἡ καὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι τὸ περιεχόμενον ἐν αὐτοῖς αἷμα, καὶ μάλιστα ὅταν ἡ πνευματικὸν, σὺν ὀλίγα ῥήγνυ. &c. vid. & lib. 4. de loc. affect. & lib. περὶ πλῆθους. De habitudine corporis ad phthifin opportunâ elegans est locus Ciceronis in Bruto seu de Claris Orat. *Erat eo tempore in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis, procerum & tenue collum, qui habitus & quæ figura non procul abesse putatur à vitæ periculo, si accedit labor*

labor & laterum magna contentio. Ubi periculum vitæ illud, quod à phthisi imminet, ab eo intelligi dubium non est.

Περὶ Ἐμπυϊκῶν.

XLIII. 20. Ἐλαμον ἢ καὶ ἐγὼ] Aretæum professione atque ἔργῳ, hoc est operibus ipsis medicum fuisse, non ex eorum numero, quos Galenus λογικὰς ἰατρὰς appellat; ex hōc loco patet. Quod ob eam causam notare visum est, quia quosdam vidi ambigere, fecissetne medicinam Aretæus, an homo eruditus hæc exercitandi ingenii gratiâ elucubrasset, ut de Cornelio Celso proditum est, propterea quod in his libris elegantior est, quàm reliqui harum rerum scriptores esse solent.

XLIII. 27. Δερμὶ δαπλῶς] *Mordicus acris.* Ita Galenus, com. 3. ad lib. κατ' ἰητροῦν, ἀπαρέγκλιτον ὀρθρῶ γωνίαν appellat.

XLIII. 28. Θῶυμα δὲ ὅπως ἐξ ὑμῶν λεπτῶ] Miratur, quomodo in pleuritide tanta puris copia ex membranâ succingente (quæ vulgò, sed barbarè, Pleura appellatur) prodire possit; cùm hæc tenuis admodum nullam penè crassitudinem habeat: qui locus fortasse impulit Renatum Moræum medicum Parisiensem valde doctum, ut novam opinionem de sede pleuritidis vulgaret libello edito; quo probare nititur, eum morbum non esse membranæ ipsius proprium, sed pulmonis; propter viciniam autem, & consequenter membranæ. Respondet autem Aretæus, sanguinis copiâ influentis eam membranam crassiorem evadere, quæ ratio valde probabilis est: quando & uteri membranas gestationis tempore in magnam crassitudinem ob sanguinis affluxum augeri, compertum est.

XLIII. 32. Αἰ πλῆραι τὰ ὀστέα καὶ χάραγ τῶ σφῶν αὐτέων] Mutilus locus. Verbum desideratur, ἔχουσι, ἴχουσι, aut quid simile.

XLIV. 3. Βάρῃ ἢ πόνῃ γε ξυῶν] Crassus vertit, *gravitas potius quàm dolor.* Sed non potest. Scripsisset Aretæus μάλλον. Mea sententia est, particulam ἢ non esse ibi disjunctivam, sed negativam, quomodo ab Hippocrate usurpatam notat Galenus com. ad lib. κατ' ἰητροῦν, ad hæc verba σωλῆνα παντὶ τῶ σκέλει ἢ ἡμίσει· ubi particula ἢ negatio est. Præcepit enim Hippoc. canalem (instrumentum est chirurgi

rurgicum) *toti cruri, non autem dimidio tantum aptari.* Hæc sunt Galeni verba: ὅσον ᾗ δὲ ἐπὶ τῇ λέξει διωατὸν καὶ ἀκῶσαι τὴν φωνὴν ὡς Διαζωϊκῶν εἰρηάζω σωδεσμῖν· ἀλλ' ἐκείνον ἐνοήσαμεν ἀντὶ διωφάσεως αὐτῶν τετάχθαι. Βλέπε) ᾗ ἀπαντῆ τῶ σκέλει ἕτως ἡμᾶς τὴ σωλῦα χωρὶς βλάβης ὑποβάλλεσθαι, καθάπερ Ὁμηροῦ ἐφη (Il. a. v. 117.) βάλωμ' ἐγὼ λαὸν σῖον ἐμῶν ἢ διωλέσθαι ἀντὶ τῆ ἐκ διωλέσθαι. Quod ita Aretæus hōc loco particulam ἢ usurpet, sequentia ejus verba arguunt; *πνεύμων ᾗ ἀπον*.

XLIV. 4. Πίγεα πρὸς ἐσπέρην] Quia pus conclusum eo tempore movetur, unde vapores maligni in habitum corporis, & febris augetur, ut notat Hippocrates in prognost. ubi de signis suppuratorum tradit.

XLIV. 8. Χροὴ ζωώδης] (*sic in Turneb. Edit.*) Χροὴ εἰ ζωώδης; debet repeti negatio.

XLIV. 10. Μέσφι ἀντὶ τῆ φλεγμασίη, ἢ πιέζει] Crassus; *donec inflammatio, quæ urget, perseverat*, sed ad marginem positus est asteriscus, cum his verbis; *adeſt, aut urget*; quod fortasse rectius: tunc verò Græca ita leges; μέσφι ἀντὶ τῆ φλεγμασίη, ἢ πιέζει, mutato accentu particulæ ἢ, ut fiat disjunctiva, & verbi modo.

XLIV. 13. Ἦν δὲ ἡδε εἰς γέννησιν ἦκη πύα, πάντα μέγιστα] Vide aphorif. 47. sect. 2.

XLIV. 14. Ἐξ διωτάσι] (*sic in Turneb. edit.*) βιαιῆς] Rectè notatum ad marginem codicis Crassi, *violenta extensione.* Scribe igitur ἐξ διωτάσι].

XLIV. 16. Καὶ σαρκώδεων βαθέων] Rectiùs παχέων; & ita legit Crassus.

XLIV. 17. Ἀτρεκέει] Deest aliquid hīc & in proximo contextu, quod supplendum ex MS.

XLIV. 32. Ἀπυρ] γίγνη)] Scribe γίγνη), εὔτε πείσθη, εὔχερος, εὔσιπρος. Hæc enim conjunctim legenda sunt: itémque in sequentis periodi membro, εὔπνοος γίγνη) &c. nisi sit enallage.

XLV. 2. Μικρὸν] (*sic in Turneb. edit.*) ᾗ διαπύσκει χερόν] Hæc verba sapiunt glossema, neque hīc locum habent. Tollenda igitur, & statim post σωτήριος, lege quæ sequuntur; σωλῶ, καὶ ἦπαρ, καὶ πνεύμων, καὶ διάφραγμα, ἐξύτερα μὲν εἰς ἐμπύλω; (*sic in Turneb. edit.*) ad quæ verba notaverat studiosus ad marginem, μικρὸν ᾗ διαπύσκει χερόν; nisi quis malit

malit transposita esse hæc, statimque legenda post ista; ὁξύτερον μὲν ἐς ἐμπύλω: quod nec mihi displicet.

Περὶ τῶν κτ' τὸν πνέμονα ὑποστάσεων.

XLV. 14. "Ὅπως περ] (*sic in Turneb. edit.*) Scribe ὁκωπερ.

Ἐν πῖσι σώμασι] Quasi verò pulmo non sit corpus; sed nimirum corpora privatim appellat eas partes, quæ solidæ, succi plenæ, & compactæ: pulmones, quia laxi multis foraminibus pervii, pro meatu tantum & itinere habet.

Διατάσι⊕ μᾶλλον τ' ἀραιώσιων γυροδύης] Scribe διατάσι⊕; intervalla intelligit, quæ in raris & spongiosis corporibus. Ita Avicenna lib. 3. fen. 9. tract. 1. *in raritate pulmonis* ⊕ *in locis vacuis.*

XLV. 16. "Ἄλλω ἀπ' ἄλλης ἐρυχωρίω ἀμείβων τῇ] Scribe ἀμείβωνι, nempe ὑγρῶ; eò enim refertur.

XLV. 23. Καὶ βρογχίζον κοτὲ ἀνεπλύθη] Scribe βρογχίον: ita vocantur, quæ in arteriâ asperâ, cartilagines. Galen. lib. 4. de loc. affect. cap. 9. βρογχία δὲ καλεῖσιν οἱ ἀνατομικοὶ τὰς χόνδρους τ' τραχείας ἀρτηρίας, σιμμοειδῆς ὑπάρχειας τῶν χήματι. Hippocrates κρέτωνα ἐλκε⊕ appellat 2. de morbis, Gal. interp. Hæ, cùm in pulmone sint admodum exiguæ, ubi ipsas ab ulcere putredo invasit, integræ per sputum ejici possunt. Galenus lib. 1. de loc. aff. cap. 1. σῶμα γὰρ τι χονδρῶδες ἐστὶ, κτ' τὰς τ' πνέμον⊕ τραχείας ἀρτηρίας, ὃ καλεῖσιν βρογχίον. ἔτ' ἰδιότητα μόνοις πῖς τεθεαυμένοις ὑπάρχει γινώσκων. ὅταν μὲν ἔν ποτε τῆτο μὲν βηχὸς ἀναπλυθῆ, μέγιστον ἔλκος ἐξ ἀναβρώσεως ἢ σηπεδόν⊕ ἐν πνέμονι λογιζομεθ' ὑπάρχειν; & quæ sequuntur.

XLV. 24. "Εὖτε κτ' ἀπορρώγες] Galenus id confirmat lib. 4. de loc. affect. cap. 9. ἀνεπλύσαν δὲ πάντες ἔπει τελευτῶντες αὐτῶν τ' πνέμον⊕ μέρη σεσηπῶτα.

XLV. 28. Τόνος μὲν τῶ] Τόν⊕ *tenor, tensio.* Sæpe apud medicos pro vigore & quodam renixu partium à spiritu vitali; unde ἄπνα, languida & effæta.

Περὶ Ἀσμάτων.

XLVI. 11. Ὀυκόλε ἐς πολλὸν διαρκέσσει] Plinius lib. 11. cap. 37. *Solum hoc viscerum vitis non maceratur, nec supplicia vitæ trahit, læsúmque mortem illico affert*; quæ verba de gravi læsione intelligenda sunt. Nam quosdam corde non altè vulnerato vitam in multos dies traxisse historiæ testantur.

Τῆ δε γὰρ ἡ τ' ἀναπνοῆς καὶ τ' ζωῆς ἀρχὴ] Cum Aristotele sentit Aretæus, qui libro περὶ ἀναπνοῆς, cor principium seu causam efficientem respirationis docet: aucto scilicet calore ipsum extendi, atque itidem pulmones, & qui hæc continet, thoracem: δεῖ γὰρ ἐν τῷ μέσῳ τὸ θρεπτικὸν εἶναι τ' φυσικῆς διαίτης. Ἄριστε) μὲν ἔν πλείον γρόμδρον· αἰρομύρα δ' ἀναγκάϊον αἰρεαζ καὶ τὸ πειέχον αὐτὸ μύριον· ὅπερ φαίνον) ποιεῖν οἱ ἀναπνεύοντες· αἰρασι γὰρ τ' θώρακα, διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐνῆσαν αὐτῶ) τ' πύατα μορμα ταυτὸ τῆτο ποιεῖν. Averrois lib. 2. collig. cap. 19. motum respirationis partim voluntarium, partim naturalem statuit: quæ voluntarius est, pendere à musculis thoracis & diaphragmatis; quæ naturalis, à corde & pulmone. Ita Galenum Aristoteli conciliat.

XLVI. 13. Ἀιτὴν δὲ φύξις καὶ ὑγρότης τ' πνώμα] Immo τ' πνώμον, & ita emenda. Cæterum Avicenna lib. 3. fen. 9. tract. 1. cap. 38. iis causis adjungit siccitatem. *Et quandoque fit, sed rarò, τ' ex exsiccatione pulmonis τ' siccitate ejus*; quod & Rasis tradit 4. contin.

XLVI. 22. Πῆς ὀξείη, ἐς ἀναπνοῶν ἐπίμνη] Fortasse nasum acutum dicit, quibus scilicet nasi πλερύγια subinde comprimuntur, ut in difficili respiratione accidere docet Galenus lib. 4. de loc. aff. præsertim cum facultas imbecilla est.

XLVI. 23. Ὀφθαλμοὶ προπετέες ὡς ἐπ' ἀγχόνη] Hippocrates lib. 3. de morbis in descriptione anginæ: καὶ τῶ ὀφθαλμῶ πονέετόν τε καὶ ἐξέχθρον, ὡς ἀπαγχονισμοῖσι.

XLVI. 24. Ρωμὸς (sic in Turneb. edit.) ἐν ἐγρηγόρσι] Rectè notat stertorem, etiam dum vigilant: quia hoc signum obstructi pulmonis, non si idem in somno contingat; nam plerisque stertere dormientibus familiare est.

Υγρὴ καὶ ἀηχ] Vocem omnem humidam esse, quippe vaporem ἐ pulmonibus, testatur Aristoteles probl. 45. sect. 11. ἡ φωνὴ ἀηρ τίς ἐστι μεθ'

ὕγρῳ: ideóque hanc deorsum etiam deferri autumat; quâ etiam mente dixit Poëta (*Aeneid.* 7. v. 533.) *udæ vocis iter*. Sed hîc excessum humiditatis notat; ob quem fiunt voces obscuræ ἀσαφῆς; ut dicitur in lib. πρὸ ἀκρωτων, ubi verba hæc leguntur; ὅταν μὲν γὰρ ὄσιν ὑγρασία πλήρη πολλῆς ὅ, τε πόρων καὶ ἡ ἀρτηρία, διασπᾶται τὸ πνεῦμα, καὶ ἐδιώσεται περιεσθῆς εἰς τὸ ἔξω τόπον συνεχῶς. Διὰ τὸ προσκόπτειν, καὶ γίνεσθαι παχυνθῆναι καὶ ὑγρὸν, καὶ δυσκίνητον. καθάπερ καὶ πρὸς τὰς κατάρρους καὶ τὰς μέθας.

XLVI. 26. Ὅπως ἀπαντᾶσθαι] Scribendum σπᾶσαι.

XLVI. 27. Ὑπὸ βαρείης δὲ τῆς ἕρας] Βαρίη dici Græcè non arbitror, licèt in compositis dicatur; ut καρνεβαρίη: fortasse scripserat ὑπὸ ἀπορείης propter indigentiam aëris: quia per pulmones obstructos, nunquam fatîs aëris attrahunt; mendum ex transpositione literarum.

Καὶ διοίγεται τὸ σῶμα] Galenus lib. 11. de usu part. respirationis instrumentum proprium esse dicit nares, cùm nullum in iis, aut in pulmonibus impedimentum est: iisdem verò impeditis atque obstructis, quòd non fatîs per nares aëris trahatur, os necessariò diduci; atque ita per accidens effici instrumentum respirationis. Verba adscribere libet, quia hunc locum mediocriter illustrant; φλεγμονῆς γὰρ ἡ σκίρρα γρηθένη, ἢ τινος ἄλλης διαθέσεως ἀποφραγτικῆς τῆς πόρος τὸ ῥινοσ, ἀναγκάζον) μὲν καὶ τότε διὰ τῆς σῶματ' εἰσπνεῖν. ἀλλ' ὅτι μὴ καὶ φύσιν ἔχουσι οἱ πόροι τὸ ῥινοσ, ὑγιανόντων ἢ αὐτῶν ἀκρωτων, ἐδὲν δὲ τῆς σῶματος, εἰ μὴ καλεπείγοιτο τις ἀσθματι: πολλῶ καὶ σφοδρῶ. καὶ τῶδε δῆλον, ὅπερ ἤδη καὶ πρόειπεν εἶρη, τὸ πρῶτον μὲν ῥινα τὸ ἀναπνευστικῶν ὀργάνων εἶναι τὸ πρῶτον τῆς τάξεως, τὸ σῶμα δὲ μηδεὶς μὲν παθήματος τὸ ζῶον βιαζομένης, μὴ δ' ὅλως ἀναπνευστικὸν ὑπάρχειν.

XLVII. 7. Περὶ Πνευμῶδων.

XLVII. 10. Ἀσθματις ἰδέη τὸ πνευμῶδες] Galenus πλεῦμος appellat in lexico, & φθόλω seu τὸ πλεωμῶδες πάθος exponit: unde verbum πλεωμῶν. ibid. πλεωμοῖ, πλεωμῶδη γίνεσθαι, ἢ φθίνει. Speciem asthmatis sive fuspirii facit Aretæus.

XLVII. 16. Ἐς εὐνήν θανάτου] Ἐυνήν pro sepulchro interdum accipit auctor est Eustathius. Hîc εὐνήν θανάτου pro inferis, ubi mortui somnum ferreum dormire crediti, sumpsit Aretæus.

XLVII. 19. Στρογγύλον χαλαζῶδες] Pituita viscida in pulmonibus interdum ita exsiccat, ut in modum grandinis dura sit, qualem se vidisse Galenus testatur, non quidem grandinis, sed lupini effigie, non finè pernicie ejus, qui exspueret. Locus est in lib. 4. de loc. aff. cap. ult. ἕτερον ᾧ πάθος εἶδον ἐν πνέμονι τοιόνδε· βήτων τις ἐκ χρόνου πολλῆ, καὶ πύων ὀλίγα ἢ γλίχρα, χαλαζῶν μικρῶν ὡραπλήσιον ἀνέβηξέ τι, καί μοι κομίσας ἔδειξεν αὐτό. Et paucis interjectis addit, μεγέθει δ' ὡς τὰ χαλάζια πῶς καλεσμένοις ὀρέβοις ἴσα καὶ τὸ πλεῖστον, ἔστι δ' ὅτε, καὶ μείζω τέταν, ὡς περ γε καὶ μικρότερα. Fernelius lib. 5. Patholog. cap. 10. ubi de asthma agit: *Malo (inquit) ingravescente, lentus humor in grandinem concrevit, atque hæc tandem in veros calculos, quibus interdum dissectos pulmones confertos deprehendimus. Deinde historià id confirmat ejusmodi. Sed etiam non ita pridem vir occurrit, qui, quoties exercitatione incalescit, concitatâ tussi calculos è pulmonibus edit præduros, eosque excreat, modò hordei, modò pisi magnitudine. Bonâ tamen is valetudine fruitur, præterquam quòd paulo difficiliùs respirat, & in medio thorace gravitatis cujusdam pondus percipit.*

XLVII. 25. Περὶ Ἡπατος.

XLVII. 28. Ἡπαρ ὡπλῶς ἐς γένεσιν μὲν ἰσόρροπον] Quia animalium corpus bifariàm divisum est in dextram & sinistram partem, ideo natura viscerum alia gemina efficit; alia, quæ solitaria esse oportebat, ita conformavit, ut in iis discrimen dextri & sinistri servaretur: quo scilicet corpus ἰσόρροπον, & in quodam æquilibrio esset. Proinde quia jecori sedes in dextro erat; hinc lienem in sinistro adversum constituit, eâque figurâ donavit, quæ jecoris quoddam ceu rudimentum intelligeretur. Unde eum philosophus νόθον ἥπαρ eleganter appellat, & gemina hæc viscera fecit, ut similitudine naturæ, & officii conspiratione, pro simplici haberi possent; καὶ γὰρ ὡς μονοφυῆς ἐκάτερον, καὶ ὡς ἀνδ' ἐνὸς δύο ὡραπλησίαν ἔχοντα τῶν φύσιν: videatur Aristoteles lib. 3. de partibus cap. 7. Nihil eâ disputatione elegantius esse potest.

XLVIII. 2. Ρίζωσις γὰρ φλεβῶν ἥπαρ] Ita Hippocrates lib. περὶ τροφῆς.

Ἰχυροτέρη ἐχει τῶ θανάτῳ τῶν αἰτίων] Sanè; jecur enim princeps est pars, & vitæ necessaria, non lien: maximè si verum est, quod Plinius

nus tradit lib. 11. cap. 37. *inuri impune cursorum laborantibus, & eo per vulnus exempto vivere animalia*: quod Caspar Hofmannus fabulosum censet, & veterem fabulam appellat cap. 2. de usu lienis: vid. & Fallop. lib. de vulner. cap. 12. Attamen cum asplenii pastu consumi lienem pecudibus Dioscorides & alii complures peritissimi auctores testentur, citra eorum animalium perniciem; cur non & hominibus aut ferro, aut igne, aut quâ aliâ ratione finè vitæ periculo eximi posse credamus?

XLVIII. 5. Καὶ ἀφίσα ὀλεθρώτερον] Quia princeps pars, si nimirum abscessus fiat in ipso parenchymate; nam si intrâ tunicas pus contineatur, non est lethalis. Vid. Hippoc. sect. 7.

Ἐπὶ σκίρρω ἢ ἀκύτερον σπληνὸς καὶ σπυγγώδες κλίειν] Jecur & lienem ad scirrhum opportunissima esse testatur Galenus, lib. 13. methodi: Πιτηδείοτα γὰρ ἐστὶ σκίρρωθῶναι, τὰ δύο σπλάγχνα, τὸ θ' ἥπαρ, καὶ ὁ σπλήν. Et paulò infrâ de jecore: ἢ γὰρ ποὶ τῷ ἥπατι ἐστὶ ῥᾶσα σκίρρωσις ἀλίσκεαθ πέφυκεν ἔχαστά τι καὶ φύσει πηλῶδες, ὡς παύζων τις ἔλεγεν ἰατρὸς τ' καθ' ἡμᾶς. Non immeritò autem jecoris scirrhus dicitur celerius mortem afferre, utpote qui jecoris facultatem destruat, quâ corpus carere non potest. Ita enim abolitâ sanguinis generatione hydrops immedicabilis brevè consequitur.

XLVIII. 7. Μέσφι κλειδὸς ἢ ἄκρω ὤμω] Galenus lib. 5. de loc. aff. signa inflammationis hepatis ponit, τὸ εἰς τὴν κλεῖν ἄλγημα διατεῖνον. Quo sensu & Asclepiades dolorem jecoris ὄλκιμον appellabat, cujus verba hæc extant apud Galenum lib. 2. de loc. aff. ὁ δὲ τῷ ἥπατι ὄλκιμος ἐμπεφυκὼς καὶ ναρκώδης ἐστὶ καὶ ἀντειρότερον (malè pro ἀσηρότερον) ἐγκείμενος: quam tamen hujus vocis acceptionem in eum sensum non probat Galenus. Cur autem dolor ad claviculam usque pertingat, nemo disertius declarare potest, quàm hîc Aretæus.

XLVIII. 10. Ἡδὲ ἄκρω τῶ ὤμων ἀποτέτα] Dividit more Ionum: alii unâ voce ἄκρωμον.

XLVIII. 12. Ἡν δὲ καλακορέως ἔωσιν] Malim legere καλακορέες ἔωσιν, cum virgulâ, & mox κληράδες τῶ λευκοχρόε εἶδος. Ut intelligamus eos fieri quidem ictericos, sed eo genere icteri, qui ad album magis colorem declinet.

XLVIII. 13. Νηφαλέει μὲν ἐς πάντας] Eximia est hæc observatio, & paucorum hominum; jecoris inflammatione laborantes, à vino abhorrere. Contrà omnino accidit, si jecoris substantia penitus corrumpatur; ἐσίας διαφθορὰν Græci vocant: quippe tunc patientes incredibili vini optimi ac meracioris desiderio flagrare, sicut & in corruptelâ pulmonum, testis est Fernelius lib. 6. pathol. cap. 4.

XLVIII. 14. Ὅγκος ὑπὸ τιτθῆσι ἢ πλωρῆσι] An corrupta hæc, pro ὑπὸ νέθῆσι πλωρῆσι? nam sub nothis costis, non sub mammâ tumor est, in jecoris inflammatione: etsi tumor sub nothis costis sub mammâ quoque est. Verùm obscura hæc loquendi ratio, quam sufficiat notâsse.

XLVIII. 17. Ἦν ὃ μὴ ὑπὸ τὸ ὀστέον μίμνωσι οἰδέει] Mutilus hic locus est, & asterisco notatus (in Turnebi editione) neque in manuscriptis libris, quos videre licuit, quicquam reperi, quod juvet.

Καὶ ἔ μὴ περιγραφῆ (sic in Turnebi edit.) καὶ τὰ ἔσμα δήλα] Scribe περιγραφῆ in recto casu. Discrimen notat inter inflammationem jecoris, & musculorum abdominis, quòd in illâ circumscriptio fit tumoris juxta figuram visceris, in hac non item, sed ἀόριστος, ut mox ait. Galenus itidem tumorem circumscriptum jecoris inflammati proprium asserit lib. 5. de loc. aff. cap. 6. τῷ δ' ἥπατι μόνῳ συμβέβηκεν ἀθρόως περιγραφάμενον ἴσχειν αὐτόν.

XLVIII. 19. Περιτοναίη δὲ ἀόριστος ἢ συληρή] Nomine περιτοναίη non tantùm membrana intelligenda est tenuissima, quæ omnes abdominis partes investit & continet; sed & musculi ejusdem abdominis, qui illas quoque partes extrinsecus tegunt: quod diligenter hâc loco eruditioribus notandum propono.

XLVIII. 27. Πύον ἐκρῶσει λευκόν, πέπον, λεῖον, κακῶδες ὅτι παχὺ] Cùm hic puris laudabilis conditiones tradat, quæ si appareant, convaliturum ægrotum significant, cur hoc ipsum pus κακῶδες graveolens dicat, non video: siquidem è contrario minimè graveolens esse debet, ut patet ex 1. Prognost. τὸ ὃ πύον ἀρμεσον λευκόν τε εἶναι, καὶ ὀμαλόν, καὶ λεῖον, καὶ ὡς ἡκιστα δυσῶδες· τὸ δὲ ἐναντίον τῆς, κάκιστον. Ratio etiam, quam mox affert, non quadrat; ὅτι παχὺ: contrà enim, pus quod crassum est, minùs foetet; sive crassities à coctione, sive ab aliâ causâ humorem absumente inducatur, qui ut putredinis, ita & foetoris parens. Quare
nega-

negationem desiderari, & reponi debere arbitror, ut sic legatur; μη κακῶδες ὅτι παχύ.

XLVIII. 35. 'Ου πέπει γδ αὔθις] In MS. Claromont. abest vox αὔθις: in Menteliano legitur αὔ pro αὔθις, quod idem est. Sic censeo legendum; & πέπει γδ αὔθις, ἔτ' εὐῖχον τὸ ἥπαρ, hōc sensu: si crudā jecoris inflammatione laborantibus vitiosa per alvum prodeant, alimentum præ ventriculi & intestinorum temperie imperfectum per inferiora descendit: neque enim jecur, vel si bene habeat, quæ cruda è ventriculo exeunt, rursus concoquit.

XLIX. 5. 'Απορον μὲν & γίγνετ' ἢ ὄγκον τε ἢ σκληρὸν ἴζον εἰς σκίρρον ἰδρύετ'] Lege ἢ ὄγκον τε ἢ σκληρὸν χρονίζοντα ἰδρύεσθαι. *Non est absurdum, tumorem durum temporis progressu in scirrhum firmari.*

XLIX. 6. Νωθῆς δὲ, κῆν παρῆ] Cùm abscessus jecoris non maturatur, in scirrhum compingi ait; & tunc neque dolorem continuum esse, neque magnum, quo etiam tempore exercet, sed obtusum seu segnem. Id enim significat vox νωθῆς: cui voci respondet ea, quâ usus est Archigenes, ad designandum hepatis dolorem; nam hunc νωθῆ καὶ ἀπὸ κώδη appellabat Galeno teste lib. 2. de loc. aff.

XLIX. 7. 'Αραιή ἢ κῆ θερμῆ] (sic in Turneb. edit.) Mendum hīc in accentu. Scribe θερμῆ *caliditas*, ut rectè vertit Crassus.

XLIX. 9. Κορυφῆ γδ τῆ κακῶν ὕδραψ] Apicem malorum hepatis omnium hydropem eleganter vocat; sive ad magnitudinem morbi respexit, sive ad tumorem abdominis, quod in fastigium elevatur κορυφῆ).

XLIX. 14. Σφαλερῆ δὲ ἢ πιαύτη Ἰπικερίη] periculosa cura hydropis censeat, quâ cerosi humores affatim vacuantur, quòd vires subitâ ejusmodi evacuatione prorsus affligantur: haud secus ac immodico sanguinis profluvio. Aliam rationem proponit Galenus com. 6. ad aphor. 27. quia scilicet scirrhus visceris non ampliùs ab aquosâ redundantia sustentatus, suo pondere diaphragma visceraque etiam thorace contenta deorsum detrahat; ἀλλὰ κῆ ὁ πῖς ἀπλάγχνοις σκίρρῳ, ὡς ἀν μηκέτ' ἀχλαμίδῳ (lege ὀχέμυδος) ὑπὸ τῆ ὕδατώδους ἐσίας, κἀσπῶ τὸ τε Διέφραγμα, κῆ τὰ κῆ τῆ θώρακα ἀπλάγχνα. Eidem causæ adscribendum est, quòd olim grassatores Ægyptii, corio exuti, diúque in illo cruciati viventes, simul ac umbilicus ferro tactus præcisúsve esset, expirarent, referente Scaligero exercit. 246. sect. 2.

XLIX. 15. Ἐσχάτησι ζυμπλώσεσι] Crassus interpres obscurus, *extremos casus* vertit. Nec tamen, fateor, Latinam vocem habemus, quæ σύμπλωσιν, seu quod idem est, ζύμπλωσιν, hęc positam exprimat; quæ eo sensu accipienda est, quo apud Hippocratem in 3. aphor. sect. 1. μηδὲ τὰς ζυμπλώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν. Significat autem hæc vox vasorum in corpore mutuam in se ex nimia humoris contenti vacuatione collapsum, atque, ut ita dicam, coincidentiam.

XLIX. 20. Τόσδε ἐκίκλησκον ζωτηκλικὸς] Qui ex jecinoris ulceribus tabidi effecti moriuntur, σωτηκλικὸς propriè appellari docet. Syntecticos etiam Plinius vocat passim in historiâ.

Περὶ Σπληνός.

XLIX. 26. Τῆς Ἰσπινοίης μέζων] Scribe Ἰσπινοίης, *dolore major*.

XLIX. 27. Μέσφι τῷ ἥπατι] Tumorem lienis usque ad jecur, & per totam abdominis latitudinem extendi aliquando, non solum ex his Aretæi verbis, sed & ex Plauto discere licet; apud quem quidam se liene, ut zonâ, cinctum conqueritur: quod etiam spectant illa verba;

Perii! seditionem facit lien, occupat præcordia.

Athen. lib. 8. cap. 9.

Καλαμαθῶν δ' ἠνίκ' ἐξήει πάλιν,
Τῆς κοιλίας τὸν σπλῆνα ἔχοντα διπλασίονα.

XLIX. 31. Ἐὖτε καὶ ἀπορή ζώεσι πανελῆς] Malim ἀπορή; de scirrho enim loquitur, qui indolens.

L. 6. Μελάγχλωροι] *Ex nigro virescentes*. Notus est Stratonici Citharœdi jocus in Caunios, quos omnes lienosos fuisse proditum est, ex Homeri versu, (Il. ζ. v. 146.)

Ὅμη περ φύλλων γρεῖ, τίηδε καὶ ἀνδρῶν.

Nempe hos comparabat foliis, quod colore viridi essent. Cùm verò quidam ægre ferrent urbem notari, ut insalubrem: *Ego* (inquit) *insalubrem dicere verear, in quâ mortui ambulant?*

Ἡ δύσπνοια

L. 6. Ἡ δύσπνοια ὡς ἀπὸ βάρους τῆς θώρακος] Desideratur aliquid, putà, πιεζομήν, aut quid simile.

L. 15. Καὶ ὅλα μέλας τῆς σπλῆνός ἤνεχθη] Nonnullis lienis frustra integra ex abscessu per alvum dejici obiervat: an salvo animali, non dicit; de hac re vide, quæ suprâ annotavimus.

Ἐυλύτος γὰρ καὶ φύσει σπλῆν] Quia corpus ejus friabile; unde facilè in humore diluitur.

L. 17. Πολυελκείες πάντη] Non alienum ab hōc loco, quod Aristoteles prodidit sect. 30. probl. 1. eos scilicet, qui præter modum melancholici sunt, scatere ulceribus, quod Herculis & Lyfandri exemplis confirmat: de priori scribens; καὶ ἡ πρὸς τὴν ἀφανίσεως ἐν Ὀιτῇ τῶν ἑλκῶν ἐκφυσις γρομδμή τῆς τοῦ δηλοῦ καὶ γὰρ τῆς τοῦ γίνεσθαι πολλοῖς ἀπὸ μελαίνης χολῆς: mox de Lyfandro sic; σωέβη δὲ καὶ Λυσάνδρῳ τῷ Λάκωνι πρὸς τὴν τελευτῆς γνέσθαι τὰ ἑλκῆ ταῦτα.

L. 21. Ἐν (sic in Turneb. edit.) τῆς πάθους ἡττοῖο, χρεῶν ὑδρωψ] Refrigerato per sympathiam jecore. Sympathia autem propter propinquitatem: vid. Galenum lib. 6. de loc. aff. cap. 1.

Ἡ φθίσις καὶ τῆς σκλήεος τηκεδῶν] Ob eam causam Trajanus Imperator fiscum lienī similem dicebat; quod eo increfcente reliquæ partes contabescerent.

L. 27. Καὶ νέοισι ἀργίη μάλιςα] Quia sedentariam vitam agentibus multitudo crudorum humorum coacervatur, quæ ad lienem delata ipsum tumefacit.

L. 28. Χωρῆα ἐλκώδεια] (sic in Turneb. edit.) Scribe ἐλώδεια. Hippocrates lib. de aëre, loc. & aquis, tradit iis, qui aquas paludosas & stagnantes bibant, σπλῆνας αἰεὶ μεγάλας εἶναι: rationem addit εἰς γὰρ τὴν σπλῆνα αἰεὶ σάρκες ζωτήκον].

L. 30. Περὶ Ἰκτέρας

LI. 2. Ἀλλὰ καὶ μὲν ἐσθίμῳ ἔκτεινε μωρίας] Non solum ante septimum diem, quemadmodum scripsit Hippocrates, sed & post id tempus arquatū morbum innumeros jugulasse testatur: cui contrariam videre est sententiam apud Hippocratem lib. πρὸς κρείσιων; ubi scriptum est morbum regium, si post septimum diem accedat, sudorem criticum porten-

portendere, atque ægrum convaliturum; ἐν πῖσι καύσοισιν ἢ ἐβδομαίῳ ὑπερον Ἰππιγῆ) ἰκτερος δῆλον ἰδρωτός· τὸ γὰρ νόσημα ἔφιλέει ἐξιδρᾶν, ἔδὲ ἄλλη ἀφίσαθαι ἐδαμῆ, ἀλλὰ ὑγιᾶς γίνε). *ibid.* paulò infra; ἰκτερος ἢ ἢ ἐβδομαίῳ Ἰππιγῆ) ἢ ὑπερον ἐν καύσῳ, καὶ δυσχερεία σιάλας πολλῆ δόποχάρησις, ἐντὶ πῖσι καυσώδεσι πυρετοῖσι, καὶ πῖσιν ἄλλοισιν, ἢ μηδενὸς τριῶν ἢ σημείων γλυκῶν ἀφίη ὁ πυρετός, ἀνάγκη πιάσδε κρίσις ἀντὶ τριῶν ἡμέρας, ἢ φυμάτων μεγάλων δόποσασιν, ἢ ὀδυῶας ἰσχυρῆς δόπο τῆ δόποσάσιος &c. quibus ex locis patet, non esse perniciosum icterum post septimum diem.

LI. 2. Σπανίως ἢ εὔτε ἔκρνε πυρετὸν] Quia eo modo bilis, neque multum, neque affatim vacuatur, quare abscessus ille est ἡμίρροπος, non autem ἀντίρροπος. Rectè autem dicit σπανίως, quia febrem acutam biliofámque ictero judicari interdum accidit; ut Galenus lib. 5. de loc. aff. testatur his verbis; πυρέξας γὰρ τις ὄξω καὶ χολάδῃ πυρετὸν, ἐβδομαίῳ ἀπὴλλάγῃ τῆ νοσήματος, χολῆς ξανθῆς παμπόλλης εἰς τὸ δέρμα καλασκηψάσης.

LI. 4. Ἐπίστα) ἢ ἐκ ἐπ' αἰτίῃ μῆνον ἥπατος] Galenus citati libri cap. 7. hanc quæstionem proponit, utrùm semper in ictero pars affecta sit hepar; & multis de causis negat; quoniam (inquit) Ἐ per crises morborum jecore nihil affecto ad cutem effunditur bilis pallida, Ἐ à causis externis sanguis nullo viscerum laeso in bilem totus convertitur, ut eis quos vipera momordit: quod exemplo cujusdam confirmat τῆ ἀποκρίσεως οἰκετῶν, ex imperatoris officialibus, cui viperarum capiendarum provincia demandata erat. Addit folliculi biliaris propriâ imbecillitate nonnunquam icterum accidere, cùm bilem fecernere non potest; aut humore ita distenditur, ut ipsum deinceps expellere nequeat; aut etiam quia meatus ejus obstructi sunt: quæ omnia illaeso hepate contingere posse manifestum est.

LI. 5. Ἀλλὰ κοιλίῃ, καὶ σπλῆνι, καὶ νεφροῖσι, καὶ κώλῳ] A splene quidem fiunt nigri icteri, diffuso in habitum corporis humore nigro: ventriculi verò & coli vitio bilem in membra effundi, nullus, quod sciam, præter Aretæum dixit.

LI. 13. Ὅσπερ δάκνε) χολῆ] Una ex causis, propter quas alvus non respondet, est impeditæ bilis in intestina profusio; quâ vim eorum expultricem extimulari oportet: quam idcirco μαρίζσαν, καὶ κατελαύνσαν χολῆν appellat Alexander Aphrodisæus in problematis.

LI. 21. Ἦνπερ εἰς πέψιν ἢ γαστήρ κὲ τῷ κόλῳ (*sic in Turneb. edit.*) κακωθῆ] Rectius legatur ἢ γαστήρ κὲ τὸ κῶλον

LI. 22. Καὶ γὰρ κὲ ἐν τῷ κόλῳ πέψις] Ita & Galenus lib. 4. de usu partium, intestinis vim quandam coquendi alimenti tribuit, licet non ex naturæ instituto; sed quia iis ad meliorem functionem abutitur: πέψις) μὲν ἐν ἔτι κὲ κτ' τῶν τέτων δίοδον ἢ τροφή, καθάπερ κὲ ἐν τῷ φλεβῶν ἀπάσει τὸ αἷμα γέγονε δ' ἕτε τῶν ἐντέρων ἕθεν ἕνεκα πέψεως ἕτε φλέβες αἱματώσεως, ἀλλ' ὡς κὲ πρὸς τὴν εἶρη), τὸ μύπερ τὶ συλχρῆ) πρὸς τὸ βέλτιον ἐκάστω τῶν ὀργάνων ἢ φύσις, &c. Idem innuit philosophus, cū 4. de part. 4. quod terra est stirpibus, id animalibus ventrem atque intestina esse scribit; πῆς ἢ ζώοις ἢ κοιλία κὲ ἢ τῶν ἐντέρων δυνάμεις, ἀντὶ γῆς ἐστίν, ἐξ ἧς δεῖ λαμβάνειν τῶν τροφῶν. Ubi terræ stirpium alimentum continenti comparat ventrem, atque intestina, utpote naturâ atque officio conjuncta, nempe concoquendi chyli: quâ & mente Juvenalis, intestina pro receptaculo ciborum, putâ ventre, posuit (*Satyr. 7. v. 78.*)

— *Et capiunt plus intestina poetæ.*

Cicero fatiâ apertè lib. 2. de naturâ Deorum, ciborum in intestinis, quæ alvi nomine designat, concoctionem fieri docet; *In alvo* (inquit) *multa sunt mirabiliter effecta, quæ constant ferè è nervis. Est autem multiplex & tortuosa, arcetque & continet, sive illud aridum est, sive humidum, quod recipit; ut id mutari & concoqui facile possit: eâque tum astringitur, tum relaxatur, atque omne quod accepit, cogit & confundit; ut facile & calore, quem multum habet, ex terendo cibo, & præterea spiritu omnia cocta, atque confecta, in reliquum corpus dividantur.* Ex quibus verbis apparet, hunc existimare coqui cibos in intestinis, quæ, ut dixi, alvi multiplicis & tortuosæ nomine intelligenda sunt. Cur autem colum præ aliis intestinis nominet, non planè perspicio, nec accuratiùs investigare operæ pretium puto.

Καὶ δὲ τῶνδε ἢ ἐς τὸ ἥπαρ ἀναγωγὴ τροφῆς] Non planè negandum est, quin aliquid chyli, dum alimenti distributio fit, in colo reperiatur, quod ad hepar feratur. At id esse paucum contendo præ eo, quod in tenuibus intestinis continetur, quæ chylum omnem statim à ventriculo excipiunt: cū ad colon penè nil aliud quàm scybala perveniunt, exuctâ jam per venas mesaraicas meliori parte. At Aretæus à

colo perferri alimentum ad jecur ita absolutè prædicat, ac si chyli insigne quoddam promptuarium esset, atque effatu dignum.

LI. 23. Ἦν ἔν ὠμότερον τὸ ἥπαρ τὴν ἄλλω τροφὴν λάβῃ] Lege ὠμότερον; refertur ad τροφήν.

LI. 25. Ἀπειψία ἧ, ἢ ἐν κώλῳ χολῆς ἐστὶ ἐργασία] Vox ἀπειψία apud ple-
rosque æquivoca est; vel enim σέρησιν ἐνεργείας significat; quæ acceptio
communior est: & Galeno iudice rectior: vel ἀλλοίωσιν εἰς ἕτεραν ποιό-
τητα, μὴ μᾶλλον κ' φύσιν, *mutationem scilicet alimenti in aliam qualita-
tem, & à naturâ alienam*: quo posteriore modo videtur accepisse
Aretæus, cùm dicat ex ἀπειψία in colo bilem gigni; quod de privati-
one coctionis, ne animo quidem fingi potest. Quis enim dicat bilem
calidissimum humorem, & igneum, caloris coquentis defectu ac pri-
vatione effici? Sed rursus difficultas nascitur; quoniam biliosum ex-
crementum, ut & sæcem sanguinis, & pituitam unâ cum sanguine in
hepate gigni, Galeni compluribus locis, & reliquorum medicorum
constans sententia est, quomodo igitur in colo eadem gigni potest?
Quòd autem ibi generari non possit, hinc etiam perspicere licet; in eo
loco, qui pituitæ frigidissimæ, qualem Praxagoras vitream appellabat,
gignendæ aptus est, non potest gigni humor calidissimus: natura
enim loca rebus creandis accommodat ut plurimum. Et locum loca-
ti velut formam statuit Philosophus 4. physicor. ut summa necessitu-
do intelligatur. At pituitam illam vitream in coli cellulis gigni Gale-
nus 2. de loc. aff. cap. 1. ubi de dolore colico agit, perspicuè declarat;
igitur non illic bilis flava ortum accipere potest. De eâ, quæ *περσσοειδής*
dicta à porri colore, dubitari potest. Verùm neque hanc in colo gi-
gni putat Galenus, sed in ventriculo vitio alimentorum illuc putrescen-
tium. An vox χολή usurpata hic pro quocunque humore? ut Græ-
cis in more esse notat Galeottus Martius de doctrinâ promiscuâ cap.
13. cujus rei testem citat Persium, qui Satyrâ 3. v. 8. scripserit;

—*turgescit vitrea bilis.*

Verùm neque Galeotto fidem ullam habendam censeo de literis Græ-
cis, quarum ille penitus expers fuit: cùm alioqui non meminerim,
me quicquam simile observâsse apud ullum Græcum scriptorem. Ne-
que

que si illa observatio vera fit, tamen hîc locum habeat; ubi de ictero agitur, quem solâ à bile vel flavâ vel atrâ effici certum est.

LI. 27. Καὶ ὅτι παντὶ γίγνεσθαι ἀπὸ πάσης διωπατὸν ἵκτερον] Quia in omni viscere bilis gigni potest à calidâ intemperie, sicut de habitu corporis mox dicet.

LI. 28. Ὅτι ὅχι περὶ αἰσθητοῖσι] Pulcherrima, verissimâque sententia; non per manifestos meatus, sed & per insensibiles, vaporis in modum subire alimentum in corpus universum. Auctor lib. de plantis, qui adscriptus vulgò Aristoteli lib. 2. cum vaporibus subire pituitam & sanguinem ad caput scribit; sed & ipsos vapores suaves alimentorum nutrire haud dubium est, quando ex iis si effluere prohibeantur cute à frigore aut aliter densatâ, sanguinem augeri, & πλεθώραν effici docet Galenus lib. περὶ πλῆθους & passim. Sed & Aristoteles ali vaporibus corpus non obscurè innuit lib. de somno & vigiliâ cap. 3. cùm ait, melancholicos esse edaces, quia non multum vaporis in iis tollitur, quo corpus alatur; ἐδὲ οἱ μελαγχολικοὶ κατέψυκτον ὅτι ὁ εἶσω τόπος ὡσεὶ εἰ γίνεται αὐτοῖς πλεθώρα ἀναθυμιάσεως. Διὰ τῆτο ὅτι καὶ βρωτικοὶ σκληροὶ ὄντες ὡσπερ ὅτι ἐδὲν ὑπολελαυκότες διέκειται τὰ σώματα αὐτοῖς.

LI. 32. Ὅτι μὴ ὅτι κῶλον ἢ τὴ κοιλίης ἔκκρισις λευκή] Lege ὅτι κῶλον in colo, vel in dativo ὅτι κῶλον.

LI. 34. Δυνατώτατη ἢ καὶ ἢ ὅτι τῶ παντὶ ἕξις ἵκτερον τεκεῖν] Morbum regium non solùm à visceribus, sed & ab habitu corporis proficisci, his verbis docet; *quoniam omni parti calor inest naturalis, quo humorem prolicit, concoquit, generat, fecernit; unaquæque secundum propriam conditionem.* At ubi ea reperiuntur, bilis quoque generari potest. Ex quo efficitur, hunc morbum ab ipso etiam habitu deduci posse: huic quoque sententiæ subscribit Avicenna lib. 3. fen. 15. tract. 1. cap. 3. verba ejus placet adscribere. *Et calefit complexio hepatis valde, & facit choleram secundum quod scivisti in loco suo; generans verò ipsam non in naturâ est totum corpus, nam cùm ipsum superflue calefit, convertitur, quod in ipso est, ex sanguine ad choleram.* Et paucis interjectis eandem sententiam repetit; *& multitudo generationis cholerae quandoque & in hepate, & quandoque & in corpore toto secundum quod scivisti.* Eiusdem meminit & Joannes Fernelius lib. 6. Pathol. cap. 8. *Comminiscuntur (inquit) plerique alias icteri causas, ut folliculi fel-*

lis imbecillitatem, & partium, quæ in habitu sunt corporis, calidiores intemperiem; quæ tamen omnes rarissimæ cum sint, in earum numero haberi debent, quæ cogitatione potius quàm usu & eventis deprehensæ sunt.

LI. 36. Ἐν σαρκὶ μὲν ἰδρωὺς] Locus hic sumptus ab Aristotele, qui sect. 4. probl. 27. similem sententiam posuit; ἢ ὅτι ἐστὶν ἐκάστη περὶ τῶν σαρκεῶν, εἰς ὃν ἀπέφυκεν διακρίνεσθαι καὶ φύσιν καὶ πόνον γινόμενος τὸ πνεῦμα ἐξ ἰσίου ἀνοιδεῖν ποιεῖ, καὶ συνεκκρίνει αὐτὴν ὡς τὸ μὲν ἔξω εἰς κύσιν, ἢ δ' ἐξικμασμένη τροφή εἰς κοιλίαν· τὸ δὲ δάκρυον εἰς ὄμματα· μύξαι δ' εἰς μυκτῆρας· αἷμα δ' εἰς φλέβας· ὁμοίως δὲ τῆσιν καὶ ἡ γονὴ εἰς ὄρχεις καὶ αἰδοῖα.

LII. 2. Τὰ δὲ ὑγρὰ πάντα γίνεσθαι χολῆ] Omnes humores in bilem posse converti censet, ubi dominatur calor; quia bilis extremus est terminus, ad quem calor humores citra exsiccationem perducere potest.

LII. 3. Ἦν δὲ καὶ ἐν αἵματι ἀπειψίη ξυμῆ] Vide supra, quæ annotavimus de hujus vocis ambiguo usu. Hic autem ἀπειψίαν usurpat pro mutatione sanguinis in qualitatem à naturâ alienam; non autem pro ipsâ privatione coctionis à frigore; hæc enim non biliosum facit sanguinem, sed *ichorosides, serosum, aquosumve.*

LII. 6. Ὅγε ἐν λίθῳ καλὸν ἔη] Lapidis nomine aurum etiam designavit, quia ex terrâ conflatum sicut lapis. Suid. in voce ἰκτερός; τὰς ἰκτέρω χρωσθέντας ὡς περὶ χρυσίῳ. Λίθος igitur hic pro metallo; si tamen nullum huic vocabulo irrepsit vitium: cum vera lectio esset, ὅγε ἐν μετάλλῳ καλὸν ἔη.

LII. 7. Πλὴν ὁκόσον τῶν χειρσαίων ἰκτίδων τῶν τετραπόδων] Ἰκτέρας etymon deducit ab ἰκτίς, quo nomine Græci mustelam sylvestrem vocant. Plin. lib. 29. cap. 4. *Mustelarum duo genera, alterum sylvestre; distant magnitudine: Græci vocant ἰκτίδας: mutilus locus, interim restituo: mustelarum duo genera; unum domesticum, alterum sylvestre. Distant magnitudine. Sylvestre (vel Sylvestres) Græci vocant ἰκτίδας.* De ἰκτίδα, quam Theodorus *viverram* interpretatur, falsò, ut arguit Scaliger, scribit in hunc modum Aristoteles lib. 9. de hist. an. cap. 6. ἢ δ' ἰκτίς ἐστὶ μὲν τὸ μέγεθος, ἡλικὸν Μελιταίων κωίδιον τῶν μικρῶν· τὴν δὲ δασύτητα, καὶ τὴν ὄψιν, καὶ τὸ λευκὸν τὸ ὑποκάτω, καὶ τὸ ἔχειν τὴν κακουργίαν, ὁμοίον γαλῆ. Suidas δὲ τῶν ἰκτίων, hoc est, à milvis nomen hoc trahit: ἰκτερός (inquit) νόστος ἐκ χολῆς σπιτισαμμένη· τὰς ἰκτέρω χρωσθέντας ὡς περὶ χρυσίῳ· λέγεσθαι δὲ εἶναι πόνον ἀχρῶσθαι δὲ τὸ θυμὸν ἐγχειρόμενον, ὡς τὰς ὀφθαλμοὺς τῶν κεκρωσμένων ἀχρῶσθαι καὶ

καὶ μέλανα ποιεῖν, ὡς καὶ τῶν ἰκτινῶν· ἀφ' ὧν καὶ καλεῖν οἱ ἰσθηρῶντες. At Plinius lib. 30. cap. 11. hunc morbum dictum putat ab ave ejusdem nominis coloris argumento; id enim verba ejus sonant: *Avis icterus vocatur à colore, quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, & avem mori: hanc puto Latinè vocari Galgulum: quanquam nonnulla hinc in verbis est perplexitas, sicque concipienda hæc sententia videtur; Icterus vocatur à colore avis; quæ si spectetur, sanari &c.*

LII. 9. Ἐἰδεα ἔπάθεος δοιά] Duas morbi regii species tradit; unam scilicet, in quâ corpus flavo & croceo colore infectum apparet, quam λευκοχλῶρα εἶδε, speciesi ex albo virentis esse statuit; alteram, in quâ corpus lividum, aut nigrum: has autem species à duplici genere bilis. Unum quidem sub se comprehendit bilem flavam, tenuem, perspicuam, atque unâ bilem rubram instar croci, aut ovorum vitelli, cujus color plenior saturatiôrque est. Id enim significat vox καλακορης; quo sensu & Poeta,

Vellera — hyali saturo fucata colore,

dixit 4. Georg. v. 335. Alterum genus bilis ad nigrum magis declinat; sub quo bilis, quæ à porri colore πρασοειδής dicitur, & quæ ἰσατάδης à colore glasti, quod Græcè ἰσάτις appellatur. Hæc est sententia hujus loci, qui nunc integer exscribendus est, ut vitium appareat vulgatae lectionis, & ratio constet nostræ emendationis; εἶδεα ἔπάθεος δοιά. Ἡ γὰρ ἐς τὸ ξανθὸν καὶ τὸ κροκῶδες ἐτρέπη τῆ λευκοχλῶρα εἶδε, ἢ ἐς τὸ πελιδνὸν καὶ μέλαν. Τῶνδε μέντοι ἡ αἰτία. Post hæc verba videntur quedam deesse, sed nihil juvat MS. Fortasse ἦπαρ ἢ σπλῆν· εἶδη γὰρ καὶ χολῶν ἐστὶ αἰτία. Καὶ γὰρ τῆσδε ἢ μὲν ξανθῆ, λεπτή, διαιδής, λεπτοτέρα εἶδε, ἢ ἐς τὸ πελιδνὸν καὶ μέλαν· ἢ δὲ καλακορης, ὡς κρόκον, ἢ λέκιθον φάναι, τῆ αὐτῆ εἶδε. ὁμοτέρα γὰρ μελαντέρης χροίης πρασίζουσα, ἰσατάδης, μέλαινα· μυρία γὰρ ἐν μέσῳ τῶν χροϊῶν πρᾶλλαγαί. Sic ergo hunc ipsum locum lego; εἶδεα τῆ πάθεος δοιά. Ἡ μὲν γὰρ ἐς τὸ ξανθὸν καὶ τὸ κροκῶδες ἐτρέπη τῆ λευκοχλῶρα εἶδεος, ἢ ἐς τὸ πελιδνὸν καὶ μέλαν. Sequentia verò ita lego; τῶνδε μὲντοι διασῆ ἢ αἰτία· εἶδη γὰρ καὶ χολῶν ἐστὶ αἰτία. Καὶ γὰρ τῶνδε (supple χολῶν) ἢ μὲν ξανθῆ, λεπτή, διαιδής, λεπτοτέρα εἶδε. Deinde verba, ἢ ἐς τὸ πελιδνὸν καὶ μέλαν, ut spuria & aliena refecanda censeo. Cùm enim duplex bilis genus distinguat, unum λεπτοτέρα, aut λευκοχλῶρα; sive, ut dixit superiori

capite

capite *ᾠὲ ἥπατος, λευκοχρόα εἶδε*, nemp̄ album aut ad albedinem vergens, cujus species facit duas, bilem flavam & vitellinam; alterum ad nigrum declinans, cujus species porracea bilis, & glastea; frustra h̄c addat bilem flavam tenuiorem esse, quàm ut ad fuscum aut nigrum declinet. Ita enim rectiùs hæc verba vertamus, quàm quomodo Crassus vertit *aut in lividum nigrumque declinat*; quod est contra mentem Aretæi, & à sententiâ planè alienum.

LII. 33. *Ἄου μὴν γλυκέων*] *Γλυκεία*, ut referatur ad *γεῦσις*. *Gustus* (inquit) *amarorum non amarus, nec tamen dulcis*; id est, amara, cùm gustantur, non videntur amara, etsi non dulcia, sed insipida; dulcia verò amara sentiuntur: cujus rei, ut *ᾠὲ ἀδόξα*, causam perscrutatur; idque accidere censet propterea, quòd lingua bile infecta amarum incidens non percipit ob familiaritatem, quia similia non movent; contra dulcibus oblatis bilis, quâ delibuta est lingua, fervet atque diffunditur; atque ita sensum movere occupans saporem dulcem obscurat: cùm tamen ipsa, antequam cibus sumatur, maximè sentiatur, quia organo consueta, & familiaris.

Ἡ γὰρ ἐν τῷ στόματι χολὴ ἐνίσχισσα τῇ γλώσσῃ, ἐπίπροσθεν τῶν ἐδεσῶν ἐντυγχάνουσα] Crassus; *namque bilis in linguâ residens, & priùs cibus occurrens, sensum ludificatur*. Quis hæc intelligat? *bilis priùs cibus occurrens sensum ludificatur*. Aliter igitur hæc distinguenda sunt, & virgula quæ voci *γλώσσῃ* affixa, in suum locum rejicienda post sequentem hanc *ἐπίπροσθεν* (quæ propria huic sedes) collocanda est; ut hæc conjunctim legantur: *Ἡ γὰρ ἐν τῷ στόματι χολὴ ἐνίσχισσα τῇ γλώσσῃ ἐπίπροσθεν*, deinde *τῶν ἐδεσῶν ἐντυγχάνουσα*.

LII. 37. *Τὴν γλώσσαν εἶδε* (*sic in Turneb. edit.*) *κενεὴν*] Corruptissimus locus. Lege *τὴν γλώσσαν ἢδε κινεῖα*, supple *χολὴ bilis*; postquam cibus oblatis efferbuerit, linguam movet. Vidit Crassus meliori usus co-dice.

LIII. 5. *Ἀπαληλῶν ἄρα γλωμάτων προκάλυμμα ἢ χολὴ*] Elegans hæc sententia, cujus hic sensus est; quoniam bile suffusis cibi dulces perinde & amari, ejusdem saporis apparent, atque eam ob causam fallunt; idcirco ait, bilem eorum ciborum velamentum esse, ad fucum scilicet faciendum.

LIII. 9. Δίχα ὑδρῶπ⊕ ἐκλακέντες ὅλον] Quia bilis in jecoris substantiam diffusa, ibique ex morâ putrescens, visceris διαφθορῶν, i. e. *corruptelam* invehit. Fernelius lib 6. Path. cap 4. *Substantiæ corruptelâ non minùs jecur, quàm pulmo contaminari solet, quâ laborans sensim languore contabescit: ea fit ex omni humore, frequentius autem ex biliosa sanie per jecoris substantiam effusâ, quæ sensim lentèque putrescens, ipsam pariter jecoris substantiam labefactat, atque corrumpit.*

Περὶ Καχεξίης.

LIII. 15. Συμπάντων ὁμοῦ παθῶν καχεξίη τροπή] Omnes morbi in malum habitum desinunt, cum videlicet perennant: tractu enim vires naturalium viscerum debilitantur; unde humorum vitium, & vasorum impuritas, quam malus habitus sequitur.

Ἄπασαι γὰρ αἱ νόσοι τῆσδε διότοκοι] Vox διότοκοι⊕, ut hic scripta est, cum accentu in antepenultimâ, significat *partum* five *sobolem*, quæ significatio non est ad propositum. At si scribatur διοτόκοι, cum accentu in penultimâ, significabit *parentes, progenitores*: quem sensum huic loco congruere patet: quare ita emendandum censeo.

LIII. 16. Ἀτὰρ καὶ ἡδε μένη ἀνῶθεν τῶν ἄλλων φαρμάκων] Corruptum esse hunc locum in voce φαρμάκων nullus dubito; & fatebitur, quicumque animum advertet. Junius legisse videtur παθημάτων, five alicubi hanc lectionem reperit: five ipse aut quis alius ita emendavit; ita enim verit; *verùm* ⊕ *ipse solus citra alios morbos, &c.* Sed hoc nimis remotum. Ego legendum censeo ἀφορμῶν: quæ vox medicis nota. Ita enim vocant principium, unde morbus coepit grassari; ut in 6. Epid. τὰς ἀφορμὰς ὁκόθεν ἤρξαντο κάρμειν; quæ initia si exigua sunt, προφάσεις ab Hippocrate appellari solent Galeno teste, com. 3. in 3. Epid. Quòd autem germana hæc sit lectio, indicant sequentia hæc verba, καὶ πρῶτισα γίγνετῷ πάθῳ; quæ respondent his, ἀνῶθεν τῶν ἄλλων ἀφορμῶν.

LIII. 28. Ἡ γὰρ νόσος μικρὴ δυσεντερίη ξυωχῆς] Crassus videtur legisse; ἡ γὰρ νόσος μακρὴ cum virgulâ, deinde δυσεντερίη ξυωχῆς: quam lectionem non improbo.

LIII. 31. Ἀιμορροΐδων ῥίεσ] Simili figurâ apud Aristotelem, ὄμματ'α μελανόμματ'α.

Ἡ ἐμέτων ζωήθων ἀπαλλαγὴ] Erat vomitus antiquis illis familiaris, ut ex pluribus locis auctorum veterum colligere licet. Cicero in oratione pro Deiotaro ad Cæsarem: *Cùm (inquit) vomere post cœnam velle te dixisses, &c.* Idem in epistolâ ad Attic. lib. 13. de Cæsare; *unētus est, accubuit, ἐμετικῶ ἀγεbat.* Idem testantur verba hæc Cornelii Celsi lib. 1. cap. 3. *rejeētum esse ab Asclepiade vomitum in eo volumine, quod de tuendâ sanitate composuit, video, neque reprehendo, si offensus eorum est consuetudine, qui quotidie ejiciendo vorandi facultatem moliuntur.* Plinius de eodem Asclepiade lib. 26. *damnavit merito & vomitiones tunc supra modum frequentes.* Item Suetonius de Vitellio; *sed vel præcipuè luxuriæ sævitiaeque deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat: in jentacula, & prandia, & cœnas, commessationesque; faciliè omnibus sufficiens vomitandi consuetudine.* Quanquam hanc rationem vomendi ab iis potiùs intemperantiæ quàm valetudinis causâ initam fuisse palàm est; tamen & hujus causâ istud olim fieri solitum liquet ex Hippocrate, qui lib. de salubri diætâ ἐξ μιλῶας τῆς χειμερικῆς ἐμέειν, ad evacuandam pituitam præcipit. Tum ex Aristotele sect. 1. probl. 4. ubi cur temporum anni mutationibus vomendum sit, quærit. Ægyptios quoque triduo singulis mensibus vomitu purgari solitos, tradit Herodotus lib. 2. cap. 77. Hoc *συρμαΐζειν* vocabant à voce *συρμαΐα*, quod est *raphanus*; quo ad provocandum vomitum utebantur. Quosdam τῶ *συρμαΐαν* aliter accipere scio; sed de his aliàs.

LIV. 3. Ἦν ὃ ριζώσαντα μίμνη] Meliùs ριζωθέντα in passivo: *jaētis radicibus.*

LIV. 5. Ὀιδάλεισι πόδας τε καὶ κνήμας] Propter σωτήξιν, ut ait Aristoteles sect. 1. probl. 5. οἱ κισθηλιῶνες, καὶ οἱ ὑπὸ λιμῆ τῆς πόδας οἰδῶσιν ἢ διὰ τὴν σωτήξιν ἀμφοτέροι. Hinc autem iis σωτήξιν *colliquatio* fit, quòd vitiosa alimenta membris non affigantur, neque in eorum nutritionem cedant, quæ proinde in declives partes suoapte pondere decidere est necesse. Hieronymus Mercurialis lib. 6. var. cap. 3. per *κισθηλιῶνας*, ictericos debere intelligi eo loco contendit, adversùs Theodorum, qui cibo vitioso utentes interpretatur. Sed ipse *κισθηλιῶν*, & nodum in scirpo quærit.

LIV. 5. Τὰ κεκλιμμένα μετρία] (*sic in Turneb. edit.*) Crassus legit μετρία & meliús.

LIV. 6. Τὸ εἶδος] (*sic in Turneb. edit.*) ἐπ' ἐκείνα φοιτῆ] Scribe τὸ εἶδος, tumor.

LIV. 7. Ὑγρὸς τε ἢ ψυχρὸς ἐς τὸ βάρος περιόδῳ] Circuitum humidi intelligo, cum humor in vaporem solvitur à calore, deinde vapor coercitus denuo in humorem redit, & in partes inferiores decedit. De hoc circuitu videndus Aristoteles lib. 2. de ortu & interitu cap. 10. ubi ita scribit; οἶον τὰ ἀπλάσματα μιμῆται τὴν κύκλω φορᾶν. Ὅταν γὰρ ἐξ ὕδατος αἰὲρ γῆ, καὶ ἐξ αἵματος πῦρ, καὶ πάλιν ἐκ τῶν πυρὸς ὕδατος, κύκλω φασὶν περιεληλυθέναι τὴν γῆσιν, διὰ τὸ πάλιν ἀνακάμπτειν· ὥστε καὶ ἡ εὐθεῖα τῶν φορᾶν μιμημένη τὴν κύκλω, συνεχῆς ἐστίν.

LIV. 8. Τῆδε ἐκ ἀναχεομῆρας, εἶτα καταρρέει] Mutilus locus; quæ autem defunt, supplere vix quisquam possit absque ope manuscripti alicujus melioris iis, quæ vidi, si qua ejusmodi extent.

Ἀδδηφάγοι κάρη] Quia alimentum in habitu corporis corrumpitur, priusquam assimiletur; nec partes eo refici possunt; penuriâ igitur laborantes, perpetuo cibi desiderio tenentur, ut de melancholicis, quos βόρως appellat (Aretæus 36. 17.) tradit Aristoteles lib. de somno & vigiliâ.

LIV. 17. Ὑπνὸς ἐδραῖος μὲν ἔδαμῆ] Somnum ἐδραῖον appellat Hippocrates βαθύν, ut Galenus interpretatur ad sect. 4. sent. 15. 6. Epid. verba Hippocratis hæc: Ὑπνὸς ἐδραῖος ὀρθῶν νυσαγμός.

LIV. 19. Ἄσθμα ἢ ὅτι πῖσδε ἢ ἀναπνοῆ] i. e. *respirant difficulter modo suspiriosorum.* Nam ἄσθμα medicis morbus est; aliis scriptoribus sæpe pro respiratione.

LIV. 21. Ἡ σωτήρις ἀναπνοῆ ἀνα σάρκα ὕδρωπα ἢ τινὶ ἀσκήτῳ ἡγαγε] Crassus non legit ἀναπνοῆ, neque fanè hic locum habet, quare expunge.

tur, natura, ars, & fortuna; ut dicunt Hippocrates & Josephus lib. 15. Antiquit. de morbo Herodis regis verba faciens: medicos, postquam morbus remediis non cedebat, hunc postremò & suæ cupiditati, ut quidquid expeteret ederet, & fortunæ commendâsse testatur; *πάντα οἷς ἐκείνῳ ἐπενεχθεῖν, παρέχειν ἡξίαν, τὸ δύσελπι τὸ σώτηρας ἐν ἐξουσίᾳ τὸ διαίτης ἀνατιθένης τῇ τύχῃ.* Nec verò obstat, quòd Hippocrates lib. *πεὶ τέχνης*, fortunam à medicinæ sacrario, imò à rerum naturâ excludere videtur; *τὸ δ' αὐτόμαλον ἐφαίνε* ἐσίλω ἔχον ἐδεμίλω, ἀλλ' ἢ ἔνομα μῦνον. Non enim his verbis fortunam excludit, sed potius confirmat: cùm ipsam prudentiæ atque arti ancillari asserit: quòd nimirum ea, quæ rectè aguntur, *εὐτυχίῃ bona fortuna* consequi soleat; ea verò, quæ temere & inconsultè, *ἀτυχίῃ infelicitas*. Ita igitur eodem loco scribit; *ἐγὼ δ' ἐκ ἀποσερέω μὲν ἐδ' αὐτὸς τλὴν τύχῃ ἔργα ἐδενός. ἡγεῦμαι δ' τοῖσι μὲν κακῶς θεραπείοισι νοσήμασι τὰ πολλὰ τλὴν ἀτυχίῃ ἐπεδχ' τοῖσι δ' εὖ, τλὴν εὐτυχίῃ.* Latiùs igitur patet fortuna, quàm existimavit Aristoteles: qui hanc in iis tantùm esse voluit, quæ præter finem ac destinationem agentium rationalium contingunt; ut, cùm rusticus agrum pangendæ arboris causâ fodiens thesaurum invenit. Atqui & iis, quæ consilio agimus molimurque, si optatus eventus respondeat, fortunæ id quoque esse putandum est. Atque ita Simplicius fortunam accipit com. 60. ad lib. Physic. cùm ait, fortunam per se in omni bonorum adeptione & participatione agnosci; *καὶ τὸ μὲν κατ' ἀξίαν Διανομῆς τὴν δίκλῃ λέγομεν αἰτίαν. Ἔ δ' ἡ τυχεῖν ἔ κατ' ἀξίαν, τὴν τύχῃ, &c.* Locum hunc Latinè exprimam: *Duae sunt potestates in mundo; una quidem, quæ congruentia cuique distribuit, hæcque Justitia dicitur, seu Themis Dea judiciorum: altera, quæ dat unicuique bonum debitum assequi; hæc Fortuna dicitur, & tunc maximè apparet, ubi nulla alia causa particularis cognita est. Unde fortuna non est tantùm in iis, quæ rarò eveniunt, nisi quoad nos; quia tunc solùm fortunam agnoscimus, cùm causæ propriæ alicujus effectus nos latent.* Hæc ille. Rectè meo quidem judicio, nisi Deus adspiret, prudentia frustra est, & omnis humanus labor; sicut multis exemplis demonstrari potest quorundam illustrium virorum, quos summâ prudentiâ præditos omnia fefellerunt consilia, Deo successum negante. Quare Pausanias de Aristodemone Messeniorum rege ita scribit; *τὰ μὲν εἰς ἀνθρώπων λογισμὸν ἠκούσα*

Μεσοκλίνας σώσας· τὴ τυχῆς ἐς τὸ μηδὲν ἀγαγέσης τάτε ἔργα αὐτῶ, καὶ τὰ βυλδύματα. Quæ omnia altâ mente perspiciciens Scaliger in Tertio Poëtices, inter ea, quæ medicum perficiunt, fortunam adscribit; *medicum* (inquit) *effinges doctum, probum, lenem, diligentem, maturum, fortunatum, &c.*

LVI. 5. Καὶ θεῶν μᾶλλον ἢ τέχνης] Fortunam deorum à fortunâ artis distinguit, cujus sententiæ hanc puto esse vim; ut deorum successum intelligamus, cùm præter consilium res prospere succedunt: (cujus meminit Aristoteles lib. 7. Eudem. cap. 14. ubi fortunatos eleganter comparat πλοῖον κακῶς νευαυπηγημένον, *navi malè compactæ*, quæ rectiùs sæpe agitur non per se, sed quia peritum gubernatorem nacta; hos scilicet optimum habere gubernatorem Deum, non quia is tantùm successus à Deo, sed quia talis nobis manifestior est:) artis verò successum; cùm omnia ex arte, & κατὰ λόγον ποιῆται, ut loquitur Hippocrates, prospera succedunt. Aristoteles eodem loco θεῖαν εὐτυχίαν appellat, cùm quis κατὰ τὴν ὁρμὴν διορθωτικὸς, hoc est, *impulsu animi citra rationem prospere agit*: alium εὐτυχίας modum, cùm & ὡρατὴν τὴν ὁρμὴν καὶ τὸν λόγον.

LVI. 6. Ταῦτ' ἄν μὲζονα πάντα ἰῶν] μᾶνοι θεοῖ] Eadem mens Hippocritis, cùm lib. περὶ εὐαχημοσιώης, ait medicos diis plurimum concedere: οἱ δὲ ἰητροὶ θεοῖσι ὡρακεχωρήκασιν.

LVI. 10. Ἐστὶ τὸ ἐς ἐπομβρίαν ῥεῦμα ψυχρὸν] Eadem locutione usus Heraclitus, cùm de hōc morbo medicos αἰνιγματῶδες suo more confuleret. Laertius in ejus vitâ; καὶ τὸ ἰατρῶν αἰνιγματῶδες ἐπωθάνειο, εἰ διώαιηο ἐξ ἐπομβρίας ἀρχμὸν ποιῆσαι. Cæterum non ῥεῦμα, sed πνεῦμα legendum conjicio ex iis, quæ sequuntur; ὁκοῖον ἢ ὁμίχλη τῷ παντὶ, *sicut nebula per universum corpus*. Sed & infra; ἦν δὲ ἐς ὁμίχλην καὶ ὕδωρ τρέπη] τὸ πνεῦμα. Nam ipsa ὁμίχλη, πνεῦμα ψυχρὸν, παχὺ, rectè dicitur, neutiquam ῥεῦμα. Galenus lib. de tremore, & palpitatione, &c. πνεῦμα παχὺ καὶ ὁμιχλῶδες appellat.

LVI. 14. Ἡ χροίη] Lege ἀχροίη, *facies decolor*.

LVI. 16. Ἐφ' ἕδρης ἔασιν οἱ ὑδρωπιδῶδες] *Manet, constat morbus*.

LVI. 22. Ἦν μὲν ὅππῃ λελκῶ φλέγματι] Quatuor distinguit species aquæ intercutis; τυμπανίαν, quâ abdomen flatibus distentum, tympani in modum, pulsu resonat; ἀσκίτιον, quâ idem humore, ceu uter, imple-

